



DE CAUSIS, SIGNIS,
AC LOCIS MORBORVM:
LIBER VNVS.

ILLVSTRI VIRO *ÆMILIO MALVECIO*
Bonomiensi. S. P. D.

CVM in concessu quorundam Ciuium, me coram, quidam nobiles querentur, A. Maluoci vir ornatissime, quod nullus hac ætate medicus præstans haberetur. Respondi ego pro vniuerso nostro ordine: Non esse hanc querelam nouam, sed ab Hippocratis tempore vsque ad ætatem nostram communem fuisse hanc vocem, de qua primùm querendum esset: an vera foret? deinde etiam si vera esset, an id potius Ciuium culpa tum Principū accideret, an ipsorum medicorum? Idcirco si cuperent, etiam causam me dicturū, ipsis audire desiderantibus, ac rogantibus, vt quæ de hoc sentirem in medium afferrem. Cœpi quæ mihi, tum animo succurrebant explicare. Et primum quod neq; existimare illos velle absque culpa damnare Hippocratem, Galenum, Oribasium, Hasen, quem Auicennam, corrupto vocabulo vocant, autore; q; cæteros nostræ artis, quos fama celebris cōmendat, & consecrata tot sæculis memoria celebritatis nominis: tum vnus ex his, qui conquesti fuerant; non inquam, respondit: quinimò ob hos ipsos, quos nunc cōmemoras præsentis non damnamus imò nec te ipsum, qui præsens es: nam si id propositum fuisset, nunquam corā te hæc verba habuissēmus. Sic sanè, vt libet respondi: neq; iniuria esse potest, quæ ad tot pertinet, & in quorū numero si sum, iuste vel reprehēdi, vel admoneri non iniuriosum est: si non sum, multò minus; perinde enim est, ac si quis me de sacrilegio, aut furto compelleret, à quorum suspitione, nedum culpa, vaco. Pergè, inquit ille, vera dicis, nec nos quicquā minus cogitauimus: Tum ego; Quis nescit primùm Hipp. ætate fuisse, tam paucos toto orbe hac in arte viros eruditos vt penè nulli? ipsius Galeni prorsus nulli: post demptis Oribasio, & Paulo, atq; Hasen, quem meritò, vt integrū virum laudabimus? Difficilis intellectu est sanè ars ipsa per se, & multarum rerum præter id cognitionē exposcit: Dialecticæ præcipuè, atq; Philosophiæ naturalis, & Mathematicarum, tum simplicium medicamentorum, & anatomiz, vt nunquā liceat finē inuenire. Sed multò difficilior postmodū est, exercitatio eius: præcipuè cū vita hominū aded breui. Quod factū puto non sine causa, vt si Democrito credamus, ne tam impiū (inquit) genus quale hominū est, hoc beneficio gauderet: cum & Diis inuisum, & Mundo toti ex æquo sit: quamobrè inquit, & Dij, & Mūdus pariter contra ipsos conspirauēre, & Esculapiū ob id Iuppiter fulmine occidit, quod homines seruaret. Ergo, inquit, tum nobilis vnus ex præsentibus alius, quorū hæc ars, quorum tot studia, præmia professoribus, pro arte quæ nulli, vt audio sit profutura? Et in qua tam pauci euasuri sint eruditi? Cui ego, equidē de hoc dubitatos vos sperauerā, vt incidit: sed videas in omnib. ita fieri. Quorsum quis dicat Reges cū tam pauci sint boni? Quorsum artifices Iurisperiti? omittamus hæc, quæ & inuidiosa sunt, & ad nostrā vitam aut imbecillitatem referri possūt: naturalia opera spectemus. Quorsum tot equi, cum tā pauci insignes? tot arbores, tot fructus, cum tam pauci eximij sint? Sed hæc, quæ breuis æui sunt, non vituperemus, cum laudare non possimus: videamus in gēmis, à quarū multitudine infinita, vnā inculpatam inuenire non liceat. Et tamen naturā in hoc opere repræhendere non debemus: propter vnicā eminentem facta est omnis illa multitudo. Tot Reges propter vnum regē, tot sapientes propter vnū medicum. Sed vt magis mireris, & illa vnus medicus nō propter opera singula quæ agit, cum nec admiratione digna sint, nec aded necessaria eius præstantia in illis futura esset, sed propter paucula, ne vnū quidem dicam, factus est, vt sic ornaretur Mundus. Cæteri nulli aut paruo sunt vsui, ornamento certè prorsus nullo. Prouidit autē huic solers natura benè, & quemadmodum formosissima mulier, & eo nomine cognita, omnium circumstantiū oculos ad se rapit: aded vt Home-

rus, H lenā oculos Trojanorū in se conuertisse, dicat: & Plato in Olympicis ludis totius Græciæ. Idē contigit in senib. nobis: cū exigua ex particula linguæ adeo afficiatur totū corpus, vt vel tristeret aut gaudeat idē & in Venere, & in aliis senibus: ita cū Mundus totus sit nō minus vnus. quā homo, excellētia cuiusq; rei seu naturæ, seu opificij gaudet, & exhilaratur, atq; in admirationē trahitur: cætera imperfecta, manca, oblaesa, veluti ociosa, manēt. Nōne videtis quot opera Hippocr. Galen. Hasen, supersint: quanta gloria illorum vitorum memoria nunc floreat: cæterorū labores, tam infœlices, quā etiā inepri, nomēq; breui deciderint? At (inquit vnus ex his qui aderant) sufficere hæc arbitramur, si medici conditio esset, qualis, vt dicis, aliorū, quæ ociosa maneret: sed in his cum de vita agatur, & si non rectē consulat ægri moriuntur, existimo non bene factū, vt tā pulchri spectaculi causa tot absq; culpa pereāt. Melius enim esset vt ex te audiui, sine medico esse, quā cū imperito, qui præter quā quod prohibēda non prohibet, alia insuper noxia addit. Non abs re, respondi, ego, maiores nostri aurē ætatē esse dixerunt, in qua beneficio naturæ semper valerent homines, nec medicis indigerēt: at postquam peccatis, & hominū luxu morbi inualuerunt, Medicina prodiit, quæ etsi nō adeo vtilis esset, nōne longē deteriora inuēta in lucē prodire, velut machinarum ignearū adeo perniciosus vsus qui etsi nullo bono dicetis, non tamē sine Dei prouidentia: cum antea miles eques centum miseros pedites protereret: & non solum potentes in precio erant: nunc legionarius abiectus nobilissimū quemq; ac ferocia & ornatu superbientē equitē, procul etiā stans, prosternit. Cūmq; olim rurō solis Regib. ac Ducib. exercitus pugnare liceret: nunc contra illi, vt cæteri equites maiore in periculo sunt peditibus. Et quantō ornatu magis conspicui, & comitatu potētiores, eō magis vi illi fulminæ machinā ū sunt obnoxij. Quid ergo querimini, quod Medicina inuēta sit maximē auxilio potētium bonorum, ac sapientum? Nā huiusmodi Principib. medici clari nō defunt, arari sunt eiusmodi medici? quinimō rariores etiā Principes. Et sanē Francisco Gallorū Regi suus Copus, atq; Ruellius, Henrico Anglorū Linacer: Alphōso Ferrariæ Principi Leonicensus, & eius filio Brasauolus, quos omnes medicos peritos fuisse constat: & si nō absolutos, præterea tamen nō minus quā Principes illi boni, aut sapiētēs. In reliquis, qui alieno arbitrio non solum incolumitatē corporis, sed gloriā nominis, filios, regni administrationē, salutē subditorum, per imperitiā & inertiam cōmittunt, in quo culpandi sunt Dij, si suū patella operculum habeat: Nā nō illi peritos medicos elegerūt fortuito, sed quod nō mediocriter literatū periti essent, ob quæ etiā multa præclare, & in pace, & bello gesserūt. Si igitur, & in Reip. ciues bonis litteris operam darēt, faciliē vel ex suis inuenirēt bonos, medicos, vel aliud accerserēt, aut quos haberēt, studiis incitarēt ad peritiam, ac diligentiam, & rectē agendū. At nunc cū empirici nugæ, iactantia, mendacia, numerus agrorū, opes, luxus, medic. mimus & blādus atq; indiligēs, in precio vob. sit, loco periti, sapientis, probi, sinceri, admirabilis, vestra est culpa, si ab illis plectimini, non naturæ, aut Deorū. Siquidē cū me vrgerēt multæ difficultates in hac vrbe, vt vel nō pro merito, & cōdignē ægris satis facere possē, querebar, quod inter tot minores curas nō aliquādo Principi cordato in mētē veniret, vt mos ille antiquus saltē seruarietur, quo nullus medicus pecunias accipere ab ægro posset, nisi eū prius sanasset, quin etiā iustum putabāt, vt de precio pacisceretur. Aut vt nemo ad laureā admitteretur, qui non Mathematicas perfectē calleret: nā in his solis nec nugari, nec fallere cōtingit. Vnde qui in illis peritus fuerit nō est verisimile in propria arte velle superiorib. & suis ac sibipsi imponere. Sed laudabile esset, atq; vtile nō parū, vt consultationes secretō haberētur à medicis, velut Mediolani, ne ob inane studiū cōtradicendi, aut gloriæ vanā captionē, ægri perderētur. Id si fieret, abundē iā haberetis medicos plures bonos, & Reip. probē consultū esset. Ea cū dicerētur, plurimi assentiebātur, quidā difficilia hæc ipsa, præcipuē secundū, arbitrabātur. Vltimum verò etiā in hac vrbe ob Academiā Cū verò soluta cōgregatione mecum reputasē quib. modis saltē pro præsentī, & bono publico possē opitulari, & medicos cæteros nō offendere (nā reliqua auxilia non erāt in mea potestate, & vt me iuarēt, fera videbātur) hoc agere decreui, vt quod libertatis adimeretur & difficultatis adiungeretur, ob quorundā pertinacē imperitiā: id ipsum addere facilitate, atq; perfectione dignoscendi morbos, differētiās, causāsq; eorum: vt sic Deo, atq; bono publico satisfacere, nec quenquā offenderem: quinimō qui nō sunt profus perditō animo eos mihi debituros speravi. Quamobrē, etsi nil amplius scribere noui decreuissem, hunc tamē laborem adieci. Et quoniam tu hoc propositum collaudaueras, & nostris conatibus autoritate abundē semper fauisti, vt cæteris quibuscunq; laudabilib. operib. quorum etiam singularem peritiam nactus es ac Regib. atq; Principib. ob id ipsum in magna existimatione habitus, meritō tibi dedicādum censui, atque eō magis, quod adeo in omni genere industriē processisti: vt ibi etiam vtile hoc opus esse possit. Vale



EIVSDEM
IN LIBRUM
PRÆFATIO.

QUAM mihi non solum cum improbis, sed etiam imperitis implacabile semper bellum fuerit, futurumque sit, non ambitionis, aut avaritiae, aut duritiei animi causa, sed amoris veritatis, publici boni: cumque mihi natura inditum sit, seu fato, ut non solum ab opere illos, sed etiam à scribendo prohiberem, aut quales essent ostenderem: cum omnino improbi etiam veritatis, & publici boni ex professo hostes sint, qui verò imperiti, & ipseorundem inimici, tamen quasi volentes ad hoc impellantur, ob id necessarium duxi admonere lectores, ut ab iis caveant, qui falsam doctrinam disseminant. Expediret enim nescire potius, quàm decipi: nam qui nesciunt: nec quicquam agunt, & discere cupiunt, & scientibus obtemperant: contra qui cum nesciant scire se putant, in omnibus his graviter delinquent. Origo horum omnium fuit quòd nostra aetate contra præcepta Platonis, atque Aristotelis, & Galeni Grammatici puri medicinam se scire profitentur, miserique circa verba Latina aut Græca versantes ignari Mathematicarum, Dialecticæ, atque naturalis Philosophiæ sine quibus nemo nec medicus, nec sapiens dici potest (ac etiam cautum est, in publicis Academiarum omnium privilegiis, ne quisquam ad medicina lauream admittatur sine his) totum mundum turbant: seducunt plebem, evertunt omnes disciplinas. Dic quæso qui scribis, & hæc ignoras, unde tibi hæc sapientiam fabricasti? Sed impudentia est maior, quàm ut solis verbis, aut repræhensionibus comprimi possit, aut rationibus retundi. Cum nuper quidam (proh Di, Deaque omnes libet exclamare) nullius rei inventor, imò ne conscius quidem inuentorum, ut ab aliis inuenta sibi vindicare nitatur, & iudicem se constituat inter antiquos, & recentiores. Idem recentiores accusat graviter, nec à iurgiis abstinere, quòd contra antiquos scribere audeant. Ille idem eosdem antiquos damnat, nec tota peracta pagina: & ne quid turpitudini facti deesset, cum recentiores damnet quòd contra Galenum scripserint, quorum authoritati subscribendum censes, etiamsi falsa dicant, ipse non contentus Galenum accusasse, & suis à Pædagogio ratiunculis deductis, damnasse, Aristotelem ad eandem censuram vocat, atque si complet librum satis magnum dicendo, repetendo, perorando, Musis & Apolline nullo. Ab omnibus ergo scriptis Grammaticorum abstinendum censeo, cum horum doctrina valde damnosa sit, veluti empiricorum opera utrosque dignoscere facile, ut dixi, fuerit. Nam si tres illas disciplinas abundè noverint, audiendi sunt, atque legendi. Obiciet forsitan quispiam, me contra medicorum commoda agere, artisque existimationem? verum non contra, sed pro ipsis potius facio, atque decerto. Quis enim nescit quos nobiles in hac civitate, ut vitam à iudicibus redimerent, octo aut decem millia coronatorum sponte persoluisse, alios, & plures, omnibus bonis maluisse cedere, quàm perire? Vnde fit ut ex mulctis, ac ex partitionibus, quas compositiones appellant, tantum fisco, aut sacris locis acquiratur, ut si iudicibus idem accederet, ante biennium ditiores essent omnibus civibus paresque Principibus. Vnde hoc? nisi quòd vitam & mortem in Iudicum arbitrio positam esse, sibi persuadent. Quòd si, idem de medicis, ac medicina existimarent, adhuc longè celerius, & maioribus opibus ipsi ditarentur, quandoquidem impendere quicquam Principibus medici non cogentur. Imò potius ab ipsis acciperent: & ut

68 De Causis, sig. ac loc. Morborum.

leges principibus : ita ipsi medicis subiicerentur. Quae ergo causa tanti discriminis, ut medicina iaceat seruili modo? ut non solum exiguis premiis medici contenti sint, sed audeant homines medicis ipsis imperare, atque insultare, nisi quod non arbitrentur nos dominos esse vita ac necis, quemadmodum iudices. Unde Chirurgis quibusdam maiora lucra maiorque potentia fuit, ut etiam Homerus de Machaone, & Podalyrio, quos quasi inter Reges, & Principes, & Deos ipsos medios constituit, quoniam ipsi dum artem exercent manibus non adeo saluatur: dignique maiore existimatione, ac fide habentur. Quid ergo in causa est, quod neque fides medicis adhibeatur, neque in existimatione sint? Imperitia eorum, qui operam legitimam nauare arti deberent, & contra imperitorum multitudo maior, qui se exercenda arti insinuant: cum nulla alia sit ars adeo ignobilis, ad quam etiam ignari admittantur, velut ad medicinam, in qua tamen maiore opus esset diligentia, cum per illam vita nostra, & filiorum, & parentum, & uxorum, & fratrum, & amicorum, & necessariorum, & cum his gloria omnis, atque opes, ac exinde felicitas, constet. Quem, rogo, admittunt in collegium suum vestiarij, qui vestem facere non norit? Cerdones, qui calceum? Architecti, qui domum extruere nesciat? aut Musicum, qui inter reliquos obstrepat? At vero in medicina pedagogi admittuntur, quod ornate videantur loqui: Sophista, quod contendere generose: Gracisantes, quod ex Gracia hac ars venisse feratur: Adulatores, quod placeant: coqui, quod gula blandiantur; venefici, ob improba obsequia: etiam medicorum famuli, quod viderint dominos medicinas exhibentes; & ex tonstrina, & lanificio, qui non aduocantur, irrumpunt per se, adeo ut iam pudeat quemque nobilem virum eam exercere artem, qua à tanta colluue tractetur. O insanam hominum mentem! o improbam consuetudinem! o Principum desidiarum; ut dicam nimis obfaram. Dicebat Iulianus Imperator, tunc non solum artes, sed etiam leges, & religionem contemptui haberi, cum per viles, & ignobiles ministros tractarentur. Quare non ego contra medicinam, sed pro medicina, non contra medicorum comoda, sed pro illorum emolumentis, atque gloria, ac dignitate decerto. Nonne Hippocrates ipse dicebat eos qui non legitime medicinam adepti sunt, quique imperiti sunt bonarum disciplinarum non re, sed nomine solo medicos esse? Si ergo contra hos inuehor, non contra medicos, sed contra medicina hostes, pro arte, artisque gloria depugno, neque ego omnes, qui non splendidis naturalibus orti sunt, ab hac disciplina arceo, sed qui humiliore sunt genere, ita liberalibus artibus, non sermonis elegantia, sed philosophia solida, Mathematicis, Dialectica, conditionem suam eleuent, ut de illis dici possit illud Poeta:

Maiores pennas nido extendisse loqueris:

Ut quantum generi demas, virtutibus addas.

Hac igitur appositè huic exordio adieci, non solum miseratione tot mortalium alieno scelere pereuntium, sed quod huic operi, atque argumento eiusmodi congruerent. Nam si diligenti studio, hac ipsa adepti fuerint, aut si nequeant (licet maiore labore) ab illis requirant à quibus nos sumpsimus, futurum est, ut agri plurimum inuentur, & ars ipsa, artisque professores meritam gloriam, ac penè Regibus parem recuperarent. Neque enim minus salus agri in pereffate medici est, modo morbum agnoscat, quam captiui in iudicis arbitrio. Verum ut ad rem redeam ipsiusque operis explicationem aliquam addam: apposui numerum vel differentiarum, vel signorum, hunc sic colliges, ut literas maiores quae sequuntur existimes initium esse, aut differentia, morbi, aut signi.

DE CAUSIS, ET SIGNIS, ac locis Morborum.

LIBER VNVS.



Cum tria sint praeter naturam, Symptoma morbo plerunque notius est, morbus autem causa semper, ideo dubium relinquitur an à mor-

bo, an à Symptomate incipiendum. Et causarum externarum quidem per se notiores sunt speciebus morbi, non tamen causarum dici possunt, nisi morbus adsit: propter hoc morbo iam supposito, de causis agere licebit: non solum ad cognitionem specierum eius, sed etiam quandoque generis, plerunque autem & aliarum causarum, velut antecedentium, & coniunctarum. Symptomatum autem cum quatuor sint genera quae non sunt laesio operationis neque laedunt operationem, ut malus color in morbo regio & in his incipiendum

piendum est, à morbo: quia non indicat, nisi ratione morbi, vt auferatur alia: sunt læsio operatonis, vt claudicatio, cæcitas, & in his quoniam aded coniuñcta sunt morbo, vt ferè non distinguantur, ab ipso symptomate considerationis initium sumere oportet, alia ob magnitudinem impediunt operationem: vt dolor, & effluxio sanguinis, & in his incipimus à symptomate, quoniam est notius morbo, & cum hoc est morbus, alia verò sunt morbi simul, & symptomata velut tumor: est enim morbus primum, inde etiam symptoma, & in his incipere oportet ab ipso symptomate ratione dicta, & ita in tribus casibus initium est commune à Symptomate, & morbo, in quarto à morbo incipidèum est. Præterea in tractatione perfecta, quoniam morbus est cuius quarimus dissolutionem, oportet semper à morbo incipere. Et generaliter initium tractationis quæ fit per mentem quam appellant scientificam, est à morbo, & procedit ad symptomatum considerationem, quæ per sensum habita est, initium verò inquisitionis est, à Symptomate per sensum cognito. Atque in eiusmodi aliquando sumus aded felices ut statim pronunciare possimus, aliquando verò cogimur, & secundam, & tertiam, inquit Galenus expectare considerationem.

Quia ergo cuncta ad morbum referuntur, de morbis ipsis agendum est. Quatuorque in his consideranda genus & differentia, ex quo tempus, ex quo motus, demum prædictio: at de prædictione integrè in Commentariis super Hippocratem eiusdem argumenti diximus motus autè non in omnibus morbis, sed alij semper quiescunt, vt in febribus continuis: alij circuitu mouentur naturali, vt in tertianis, & quartanis: alij mouentur motu secundum circuitum, sed non proprio, velut in febribus in quibus per accessionem materia repit ad caput, alij prorsus symptomatice. Similiter & de temporibus alia quidem vniuersalia, & in morituris sunt tria, quia quilibet moritur in statu symptomatum sui morbi: in sanandis quatuor: propriè autem sunt quinque quæ contingunt in accessionibus; principium inæqualitas, incrementum, status & declinatio: nam inæqualitas est tempus proprium morbi habentis accessionem.

Morbi igitur alij vniuersales, & sunt febres, alij, & ex his quidam communes toti corpori, vt regius, & aqua intercus, & speciales, ut lateralis: rursus quidam sunt in compositione, quidam in intemperie, & similibus primo quidam in diuisione eorum quæ coniuñcta esse deberent, aut in coniunctione eorum, quæ diuisa. Quidam etiam sunt à causa externa, & quidam ab intus proficiscuntur, & maximè, qui in compositionem & in intemperie insolatio ab externa causa est, memineris etiam intemperierum, simplicium & compositarum calidi, frigidi, sicci & humidii, & in compositione magnitudinis numeri, formæ, & situs, & formæ species sunt figura cavitatis, meatus asperitas, & lenitas, in his uerò quæ sunt ab intemperie, quatuor sunt genera fe-

brium, sed à subiectis tria ephemera in spiritibus, putrida in humoribus hæctica in mēbris. Sed ratione corruptionis substantiæ si fiat seu per modum corruptionis qualitatis incognitæ (sed de hoc non est hic locus) pestilens appellatur. Memineris insuper quòd tempora singula proprios habent suos motus: sicut morbi tempora, & plerunque motus indicant prædictionem: idèd prima tractatio prolixa erit, reliquæ autem duæ perbreues: ultimam vt dixi hic omitemus, atque hæc generaliter dicta sint. liquet autem & ex eorum diuisione quæ subiungetur non posse alios morbos contingere, qui non ex horum genere sint, aut compositi ex iisdem, nisi in quibusdam temporibus, seu annis, aut regionibus, aut leniusculis, quorum ratio ex his quaerenda est.

1. Febris.

Febris est calor corruptus accensus in corde. Cum enim sit in corde hæctica iecoris aut uentriculi, non est febris: neque etiam excluditur initium tertianæ aut quartanæ, cum ibi sit calor eiusmodi licet nō expansus aliter principium tertianæ non esset tertiana, neque febris: Et qui moriuntur in initiis febrium interierunt sine morbo, quod enim non est in aliqua specie, non est in genere: Et manifestum est, quòd est paratus ut dispergatur per venas, & arterias ad totum corpus promptè, nisi aliquid obstitit. Et cum dico accensus, excluditur calor corruptus per intemperiem humidam, aut frigidam. Cum verò dico corruptor: non potest esse naturalis, neque etiam mutatus solum à balneo, ira exercitatione, concubitu, medicamentis insolatione, ac cæteris huiusmodi: quoniam talis calor non est adhuc corruptor, scilicet alimenti, & operationum: Et similiter imminutus non corrumpit alimentum, sed imperfectè concoquit. Signa calor mordax cum sit sicior, Pulsus maior, celerior, frequentior, & similiter respiratio, nisi quid obstitit.

2. Febris Ephemera,

Febris Ephemera est in spiritibus. Signa initium à causa manifesta quam vocant procatartica: idque inseparabile est, quòd ego uocabo necessarium. Proprium uero illi est, coctio in vrina, quamuis tamen ad breuem sanguineam sine putrefactione extendatur. Similiter pulsus magnitudo, & celeritas in extensione (magnitudo verò sola in contractione. Calor præterea minimè mordax inter reliquas. Necessarium est etiam, vt ascensus febris in caliditate, ac pulsibus sit æqualis, & incompressus. Et in statu mediocritas. Et in declinatione sudor aut ros si perfectè desinat. Causæ autem procatartice insolatio, exercitatio, ira tristitia, etuditas cutis occlusa, abscessus non in nisceribus, aut dum incipit: dolor, obstructio, timor, vigilia, retentio spiritus, balneum conclusum, sitis vehemens fames, & vehementes expulsionones: vt in diarrhoeis. Et plerunque (si non sit ex dolore, aut exercitatione nimia aut abscessu, & generaliter ex se) caret Symptomatibus omnibus, quæ enim habent fiunt potius ex causa eius, vel fortuito coniuñcta sunt illi. Plerunque etiam non excedit

dit viginti quatuor horas, nisi ea quæ ex obstructione fit, qui quandoque extenditur ad tertium diem & ubi meatus cutis conclusi sunt aut per errorem in reliquis: continuari potest febris, propter causam continuatam velut in bubonibus, & doloribus: ex multis enim fit vna similitudine. Finis earum quadruplex, aut enim liberantur, vt dixi, aut transeunt in febrem sanguineam absque putredine, aut in putridam, aut in hecticam.

3. *Febris sanguinea sine putredine, seu Synochus.*

Synochi signa sunt cum febris ephemera quæ neque ex obstructione cutis neque crassorum & lentorum, humorum orta est, ultra primam diem perseverat nullo errore admisso: manifestum est autem quod septem illa signa ephemerae exclusis sine, & finis modo, perseverant, & intenduntur. Coctio autem in vrina aliquando multis diebus perseverat tunc temporis, cum calor mitis est: nihilominus ea occultè imminuitur, sicut calor mordax augetur, & quædam Symptomata faciliora incipiunt superuenire, & sunt inquietas, litis, dolor capitis, & vigilia, tum etiam lassitudo, & maximè in ea specie quam acmafticam vocant: minus in omo-tena: longè minus in peracmaftica: in qua non est necesse etiam si duret per multos dies quicquam noui superuenire. Hæc omnium longissima est, ut acmaftica breuissimi ma: & acmaftica, quidem in Synocham terminatur: peracmaftica ad salutem, omo-tena utroque modo.

4. *Febris Hæctica.*

Febris Hæctica in cordis membri accenditur, oritur aut ex ephemera, aut putrida: quo circa nisi simplicior multo esset putridæ postponi debuerat, oritur & ex vlcere. Signa ex ortu primùm (nam quamuis Galenus videatur velle quod per se incipiat nihilominus tamen naturam refert ephemera: initium illud, siquidem ex tristitia aut ira aut lassitudine cum solis feruore contracta) quoniam vel ex alia febre, vel causis procararticis, vel vlcere: potissimè autem fit ex inedia, & tristitia, cum calor naturalis magnus est, & corpus humidum, vt in adolescentibus. Alterum necessarium, & proprium, vt vna hora, vel duabus ab accepto cibo caliditas intendatur, ac pulsus maiores, ac velociores fiant, velut in annotationibus incompressis accidere solet. Voco annotationem incompressam in qua neque horror aliquis neque externarum partium frige factio facta est, neque veluti quædam dormitatio neque aliqua insignis pigritia, aut omnino inæqualitas aliqua, vel in caliditate, vel in pulsu: adhuc autem magis, neque paruitas, neque debilitas, neque horum aliquid. Sed quemadmodum, & cuiuscunque alteri ex cibo maior statim, ac velocior pulsus efficitur. Neque tamen est annotatio i. accessio secunda Aphorismorum. Animaduertere autem oportet quod in hoc signo trifariam periclitamur, vel quoniam ab initio aliquando non apparet, vel quoniam in copia cibi aduenit, & non fit ab hæctica, & quia accidit habentibus debilem ventriculum, & in conualescentibus. Ter-

tium, & ipsum proprium est necessarium quoddam initium: tactus si ad finem comparetur multo languidiorem ostendit caliditatem, atque minus acerbam. Pulsus vero in his ad debilitatem ac duritiam, paruitatem celeritatem, ac frequentiam declinat: non tamen est proprium, neque necessarium sic vt manifestum fiat: & anhelitus similiter mutatur, sed non adeo in duritie. Vrinae quoque concoctæ sunt si simplex sit: hoc omni: Galenus. Et est maior caliditas in arteria quam in alijs partibus. Et æger non percipit febrem, & plerumque pulsus durior. Et cum hæctica Putrida iungitur, sunt exacerbationes non à cibo, & contractiones in pulsu, & symptomata, & signa cruditatis apparent, & vires deliciuntur, & corpus extenuatur ultra metam, etiam inæqualiter: Et si typus appareat non est dubium.

5. *Febris Hæctica simplex.*

Cum vero substantia cordis triplex sit, humidum, quod in osculis venarum est, si accendatur pinguedo, consumitur. Secundum in cauitatibus quo accenso caro, & parenchyma absumuntur. Tertium in substantia membrorum seminalium quo ardente ipsa consumuntur. Hæc duo vltima vocat Galenus Hæcticam tabificam. Signa igitur primæ speciei sunt generalia, cum neque corpus manifestè contrahitur, neque durities manifesta est in pulsu. Et Princeps proponit quoddam febris Ephemera plerumque incipit declinare post xij. horas, cum igitur non declinauerit, & maximè si in tertia die validior fuerit, est signum initij hæcticae, & non sentire febrem ipsum ægrum, id magis accidit in hac specie, & corpus adhuc floridum est.

6. *Febris Hæctica tabida*

Febris Hæcticae tabidæ omnia sunt euidentiora, quam in prima, præterquam non sentire febrem, magis enim eam percipit. Et carnes eius colliquantur, & maximè circa iugula, & inter pollicem, & indicem, Et cutis fit arida, & oculi caui.

7. *Hæctica Tertia speciei.*

Omnia intenduntur in hac. Et venæ fiunt exiles, & corpus quasi puluerulentum, & non apparent signa carnis, neque musculorum, & vrina pinguis, & cum frustulis in fundo: & crescunt extremitates ossium, & venter contrahitur, & facies fit Hippocratica, & æger fit imbecillior, & non potest sustinere palpebras, & unguis incuruantur sicut animalium rapacium. Et hæctica senectutis non est febris, quia non est calida: & plerumque est longior, & in reliquis assimilatur species febris hæcticae. Habet enim & ipsa suos ordines: Et similitudo vltimi ordinis est, vt valde decrepiti viri: eiusmodi enim vir laborat eo genere hæcticae, etiam si sit optimi habitus.

8. *Febris putrida.*

Febris putrida ex humoribus constat, & in humoribus accenditur, non quod in eisdem accendatur, & fiat, sed in putridis accenditur, & in sanguine cordis supercalefacti ex vaporibus consistit, atque in hoc plerique decepti sunt. Signa propria non necessaria, inæqualitas in calore, & in pulsibus, & ratione diuersarum partium, & ratione eandem

tandem thlipsis, id est, compressio in pulsibus. ne cessarium non proprium. Calor mordax: Item contractionis velocitas, & anhelitus quoque; variatur, proprium quoque; cruditas in urinis non tamen necessarium, cum in salubri statu sint concoctæ. Et plerumque febres putridas concomitantur symptomata, & hæc etiam sunt sine causis procatarticeis, & Almeliletu solet præcedere, & prolixitas incrementi. Memineris autem, quod quemadmodum dicit Gal. corruptio multiplex, alia putredo exacta, alia in virulentum transiit, alia in lutosum, alia in crudum, velut pisces, alia in indicibile ait, eustamen sunt multæ species, velut caries, & durum retrementum. 9. *Febres intermittentes.*

Hæc sunt trium generum iuxta tres humores, qui sunt extra venas, bilis, pituita, atra bilis. Signum commune omnibus his, ut typum habeat frigoris, aut horrores, aut rigoris, & rigor dicit Gal. fit à causa vellicante, cum motu, seu illa sit calida, seu frigida, seu mordax, idem fit eodem modo, quod ad proprias causas attinet licet quoad remotas variæ videantur, estque necessarium non proprium, sed quasi proprium. Secundum pulsus contractio, & maior inæqualitas. Tertium maior inæqualitas in calore partium corporis, & temporum diuersorum comparatione, & vomitus, & nausea sunt magis propria his febribus, quam continuis: Et si dissoluuntur, dubium non est, quin sint intermittentes: Et similiter cum minuuntur per excretionem valde, & inde reuertuntur, sunt intermittentes. Et magis manifestæ si cum typo: & urinae sunt minus prauæ: & maior ostendunt varietatem in temporibus propriis: Et Almeliletu est magis manifestum.

10. *Febri Tertiana intermittens.*

Hæc multiplex est: scilicet pura, notha, simplex, duplex: est quæ extensa vocatur puræ accessio est duodecim horarum aut minor. Signa solet incipere cum vomitu, desinere cum sudore. Nec remanet vestigium sensibile sorditiei in pulsu. Et generaliter solet incipere cum rigore: & excrementa sunt biliosa. Et urinae magis coloratæ & calor acutior, & sitis & amarulentia oris, & vigilæ, & dolor capitis maiora: aded ut quoadque; delirent, & properat ad statum: Et velocitas pulsus, & magnitudo sunt maiora frequentia: Et in extensione quam contractione. Eadem in anhelitu, & raro excedit septem accessiones, & quæ extensa vocatur quandoque; attingit ad horas 36. & cum excesserit, est ex genere continuæ, de qua sermo habebitur. 11. *De Quotidiana intermittente.*

Signa quotidianæ intermittens proprie horrore leuis maxime circa spinam dorsum: frigus extremitatis nasi, & pedum, & manuum. Pulsus inæquales, debiles, parui: Tardus ascensus: Urinae crudiores: Calor minus mordax, & magnus: Typus quotidianus sorditiei multa in tempore declinationis aded ut non videatur perfecte liberari, sed sex horis quæ plerumque incipiunt à solis ortu videtur melius se habere: Excrementa pituitosa, dormitatio in initio accessionis: minor sitis, vomitus, amarulentia oris, dolor capitis, sed loco horum maior defectio appetitus suffocatio circa ventriculum. Nullus aut minor sudor.

12. *Febri Quartana intermittens.*

Signa typus Quartanus: tempus intermissionis longum, atque aded purum, ut munia sanctorum obeant: euacuationes mediæ inter

tertianam, & quotidianam multitudine, atque natura. Rigor cum frigore permiscetur: sed rigor est minor, frigus minus quam in tertiana. Pulsus similiter, & respirationes, & urinae quadatenus mediæ: Accessionis tamen tempus aliquando quotidiana maius, raro minus est duodecim horis, & rarius excedit viginti quatuor. Excrementa atrebiliaria, & idem aquea. Et ob id auctor libri Quarti de Morbis existimauit atram bilem esse aquam, & lienem fontem esse aquæ. Est etiam sexcuplex.

13. *Febri Epiala.*

Signa sunt, quoniam calentes exterius, & frigent interius, alij simul calentes, & frigent exterius, solet fieri ex vitrea pituita putrescente reliqua, ut in quotidiana. Cum vero acciderit rigor, signum est vehementioris putredinis.

14. *Febri Continua.*

Signa sunt signa putredinis, & urinae sunt deteriores: Itaque circulus obducto brachio appareat viridis, aut fuscus, aut liuidus, aut niger. Et plerumque apparent maiores diuersitates, & in substantia, & in contentis earum. Et carent typo, & contractio pulsus non est tanta, aut nulla: & raro adest vomitus, & nunquam absoluntur. Et circa hoc signum, quoniam valde dubium est, sæpe docebat nos Rasis quoniam debemus ponere ægrum in balneum, & si febricitat sentit aliquem horrorem, circa spinam dorsum, & circa lumbos, & femora: & si sit mundus, non sentiet aliquid huiusmodi: cum etiam febris intermittit plane sitis, & molestia minora sunt & quasi tolluntur: intellige tamē adhibito potu, & frictionibus leuibus: & si sit continua manet, velut & læsio circa somnum. 15. *Febri Synocha.*

Hanc continentem appellat Galenus, sed proprie quæ sine putredine est: ego vero non de nominibus litigo: alij dixerunt quid per febre ardentem intelligat Hippocrates. Synocha autem cum putredine est, cuius meminit Galenus eodem libro, etiam in non putrida sectio venæ, in putrida potus aquæ frigida magis conueniat. Signa eius sunt eadem quæ non putridæ, nisi quod in urinis, inquit, putredinis signa ostendunt. Similiter, & in tactu calor proculdubio acrior est. Et plerumque ostendunt exacerbationes per tertium, diem ut secundo de Differentiis februm, & Primo ad Glauconem, & symptomata putridarum, & inæqualitas in pulsu maior, & spiratio grauior. Constat autem ex sententia Galeni duplicem esse, & in venis, & in abscessibus corrupto sanguine: & breui sibi adiungere aliud genus ex humore, ideoque transire in compositam. Et vitrarumque signa ex tactu, & excrementis apparent, tum symptomatibus.

16. *De Tertiana Continua, & Ardente.*

Signa eius sunt composita ex Synocha, & tertiana intermittente. Nisi quod loco accessionum sunt exacerbationes alternis diebus. Et si fuerit duplex tertiana continua, erunt signa composita ex duplici intermittente, & Synocha positis exacerbationibus loco accessionum. Et sunt tertiana, continua tam duplicis quam simplicis duo genera: vnum quod oritur ex bile iam sanguini mista: aliud quod ex bile facta per Synocham. Huius duæ sunt species rursus: quæ communi nomine dicitur: & ardens: cum calor, & sitis maxime feruent. Ea autem duobus modis fit, aut bilis per venas in toto

corpore sparsa, aut ex Iecoris, aut pulmonis, aut ventriculi Erysipelare, quæ etiam sunt aciores: nam & in marcorem plerunque terminantur.

17. *De Febre Quartana continua.*

Hæc solet exacerbari, vt quartanæ simplices, sed sine typo: Cætera vt in synocho, seu potius synocha. Et si inuadat senes, plerunque interficit, sed tardè, celerius quæ duplicata est: Triplicatam nunquam vidi.

18. *Febri8 Quotidiana Continua.*

Hæc plus differt à synocho quàm reliquæ duæ priores, est enim adèd remissa, vt parum distet ab intermittente. Proprium ei præter compositionem est maxima inæqualitas in partibus corporis, & in eadem etiam parte, sed in diuersis horis, & etiam in eodem tempore propter ampullas, diuersitatem materiæ, & locorum eius, & caloris accensionem, toto enim genere febres pituitosæ cum materia sit frigida, humida, crassa, lenta, omnia faciunt inæqualia, maximè pulsus & calorem, & vrinas, & proprium eius est afferre grauitatem capitis cum deterior sit vtraque hoc in lympmate ambabus illis ex quibus signa confundi intelliguntur. Et idèd in habentibus debilia capita facile transit in lethargum, & interficit. Et sunt harum febrium duo modi, quemadmodum in continua tertiana.

19. *Febri8 Tertiana duplex.*

Hæc per se notissima est, nisi quòd assimilatur quotidiana, & febrib. continuis frigidificis. Discrimen à quotidiana est mutatio horarum, accessionis maior. Et duplex circuitus. Et differunt in essentia ratione loci materiæ, quod in quotidiana materia est in vno loco, in duplici tertiana necessario est in duob. locis: Et cum febris aduenit quotidie, & accessiones sunt diurnæ, & mutatio parua in initiis earum, quod ad circuitum attinet, est quotidiana ex materia pituitosa cū multa bile iuncta: & ita est media inter vtraque, quæ verò non est huiusmodi, facile dignoscitur, an sit quotidiana simplex, an duplex tertiana. A frigidifica verò distinguitur, si vel modicum intermitat: vel si remissionem vnius manifestam excipiat initium alterius: si verò acceptio fiat dum alia valida adhuc est (sunt enim tria genera duplicis tertianæ) tunc considera typi naturam: Nam in tertiana est rigor, in frigidifica frigus aut horror: In tertiana sunt excretiones in initio accessionis: & inde in fine plerunque, aut saltem magis motus: Et prauitas vrinarum est longè minor: & pulsus varietas, & inæqualitas maior.

20. *Febri8 Quartana multiplex.*

Febri8 quartana duplex solo circuitu aperte dignoscitur, cum nulli alij similis esse possit: inuadit enim duobus diebus, & tertio relinquitur: Et etiam quia plerunque incipit ab vna, inde ei adiungitur altera: Et sunt in ea signa quartanarum simplicium. Et simpliciter cognoscuntur quintanæ & reliquæ rariores ex solo circuitu, & sunt tales, aut ab atra bile admodum terrea, ex crudo humore per frigus in naturam melancholicæ transmutato. Triplex verò quarta-

na si successione fiat, facillimè dignoscitur, vt dictum est: sin autem inciperet quod nunquam accidisse vidi, tunc esset similis duplici tertianæ. Et dignoscitur ex propriis signis vt sunt frigus diurnū, & gelu quoddam quod membra torpescunt, contra in tertiana duplici. Et triplex quartana in sene, & non per errorem adueniens (vt Eudemum excipiam libro de Prædictione ad Postumum) interficit.

12. *Febri8 Erratica.*

Materia eius est atra vt Tertio Prægnosticorum habetur. Signa illius præcipuè sunt duo quod nullum ordinem seruat in typis, & quod apparent signa materiæ melancholicæ. Et ipsius quidem duæ sunt species principales: vna quæ componitur ex solis intermittentibus, alia quæ est similis recidui, & componitur ex continuis. Et quandoque miscentur hæc duo genera, & differt à recidua. Quoniam sæpius redit, & paucioribus diebus durat, & finitur absque crisi, Et non obseruat dies criticos, neque in reditu, neque in recessu.

Sequuntur tria genera Febrium mediarum.

22. *Febri8 Frigidifica.*

Ipsa est similis vt dixi duplici tertianæ, aut quotidianæ, sed frigus est diurnus: Et repetit sæpius in vna die, & plerunque est minus quàm in tertiana, & assimilatur magis quotidianæ, sed febris est vehementior: & est febris rara nisi quando est Epidemialis.

23. *Febre abscessuum generaliter.*

In his cum putrescit sanguis, quemadmodum supra dictum est, transit in humorem primū, deinde in pus: cuius experimentum est vt etiam dicebat Galenus in morbo laterali: nam spuma humoris varios abscessus pectoris ex colore ostendunt: verum in hoc forsitan fallitur quod tunc non sit perfecta putredo, atque idèd sunt signum mortis: præter sanguineum quod significat non fieri suppurationem; flauum autem minus malum est post rubrum: non quia, & ipsum non indicet impeditam esse coctionem, & corruptam: sed eam corruptionem tamen vel mutata ratione curandi, vel desinente fluxione, & successu temporis posse in melius mutari, vt nemo possit seruari cum tali spato: sed necessarium est vt deueniant ad suppurationem perfectam, vel prope, in qua pus emittitur album, aut saltem cinerei coloris æquale, & admittit permissionem rubri, & sine odore foetido, quod videmus in abscessibus externis, cum ergo dicat Hippocrates: In bubonibus omnes febres malæ præter diarias, & videamus quod dixerit rufus. Dum pus conficitur, dolores ac febres sunt magis quàm iam confecto: ergo in humoribus febres quæ consequuntur perfectam coctionem, & pus verum, dum sit, diarias sunt: & est genus vnum diariarum distinctum ab aliis: idèd pure collectæ cum non præsus cessent; sunt ex earum genere: non solum ergo febres quæ sunt ex transmutatione materiæ contentæ in abscessu, & dolore quæ solent esse breues (non enim excedunt quartam diem, scripsit

scripsit enim Hippocrates si sanguis extra ventrem fluxerit necesse est suppurari, sed etiam quæ sunt ex materia iam in pus perfecta conuersa præterquam in pectore, & pulmone de quib. dicemus) sunt omnes ex genere diariarum, seu ephemera: ut vt melius intelligatur: (quod aliquando accidit scilicet, vt Græca trita, & aliena sint notiora etiam quibusdam medicis) Febris verò quæ his coniunguntur maximè in abscessibus interioribus. quas Galenus acutas vocat sunt altero duorum modorum, aut quia costio peruertitur, vt dixi in materia contenta in abscessu, & tunc est malum signum: quia significant impotentiam, & corruptionem, quorū vnum pertinet ad calorem naturalem, aliud ad materiam quæ putrescit: vel sunt ob materiam contentam in venis, & arterijs circa locum abscessus putrescentem, & hæc per se: nam potest etiam natura relinquente regimen corporis ob prauitatem morbi, aut symptomatum, aut causæ, aut magnitudinem alicuius eorum putrescere humor alienus ab abscessu prorsus, & valde distans, aut sanguis, & fieri quartum genus febris, si gnamus ergo aliquem laborare morbo laterali, & non bene fieri suppurationem, exacerbatum verò esse dolorem, & naturam territam reliquitte regimen ipsius corporis: dico quod erunt septem febris diaria ex dolore, & conatu caloris concoquentis materiam, & synocha ex materia quæ in abscessu corrupta est, & transit in bilem, & hæc est est dum fit transitus: & tertium genus erit febris tertiana continua, ratione materiæ quæ non potuit superari perfecte, sed transijt in bilem & quarta febris erit ex materia qua est circa abscessum quæ contiuetur in venis. Et ipsa similiter transit in bilem, sed non dum facta est bilis, & est synocha alia: Et quintum genus febris est ex bile iam facta ob præcedentem synocham, & est tertiana continua. Et sexta febris est ex humore illo alieno. Et palam est quod si sit synocha copulabit sibi necessario post breue tempus aliam febrem continuam, tertianam, aut quartanam: Et ita se habet res: & accidit frequenter. Solū restat vt declarem quomodo quartum, & quintum genus febris differat à secundo, & tertio, & hic sufficit dicere quod secundum, & tertium, fit in abscessu, & extra venas, & in caritatibus/musculorum, & carnis: quartum verò, & quintum sunt in venis: secundum ergo, & tertium sunt minus mala quia minus communicatur cordi quàm quartum, & quintum: & ideo illa duo genera scilicet secundum, & tertium proprie dicuntur febris abscessuum, seu apostematum: Et sunt quasi media inter diarias, & sua genera: scilicet synocham, & tertianam, aut quartanam continuam. Prætermittit igitur duabus febribus quæ non semper committantur abscessus, quandoquidem genera per se quæ sunt necessaria, & pathemata sint vt dixi quinque: nam de diaria constat ex Hippocrate: & etiã in materia perfecte suppurata illud docebitur paulo post: de secundo, & tertio generis clarissimum est ex loco allegato: quia ra-

tione febris quæ est in sanguine, & fit ex synocha ratione febris factæ, febris quæ succedit materiæ illi est continua de genere tertianarum, aut quartanarum: quæ vero fit in sanguine proximo abscessu, etiam necessario fit, cum sit in venis sanguis conclusus, & incalescat propter locum, & propter calorem, abscessus, & propter putredinem: ergo fiet secunda synocha cui ob causam dictam succedet alia continua tertiana, aut quartana ex Galeni eadem auctoritate: ergo erunt omnino quinque febres necessario quæ consequuntur abscessum Interiorem. & si abscessus sit in loco calido semper tempora febrium secundi, & tertij generis, seu quæ sunt in materia contenta in abscessu, præcedent tempora febrium quarti, & quinti generis: scilicet quæ sunt in sanguine contento circa abscessum, & hoc est velut in morbo laterali, in peripneumonia, in abscessu iecoris: sed in locis frigidioribus vt pote articulis præcipuè quartum & quintum genus præcedent, secundum, & tertium: sicut in carnis glandosis. De cerebro, ac membranis eius dubium est, quæ genera præcedant, & credo quod plerumque contingant simul. Forasan posset aliquis dicere, & suspicari etiam quod secundum genus, & tertium coinciderent cum quarto, & quinto, ita vt reducerentur ad tria genera: scilicet diariam, & vnam synocham, & vnam continuam cum proportione, quæ sint communes, & materiæ contentæ in abscessu, & materiæ quæ est circum abscessum: sed istud etiam non potest esse: quoniam vt dixi illæ febres sunt diuersæ naturæ: nam materia quæ continetur in abscessu facit febrem mediam interdiariam, & eam quæ fit ab humoribus, vel eas: scilicet synocham, & tertianam, aut quartanam continuam, ergo non sunt eiusdem generis: cum illæ quæ sunt in sanguine circumstante sint omnino vt dici solet humorales. Præterea symptomata sunt diuersa vt declarabo, & tempora etiam sunt diuersa, quia materia quæ est in abscessu celerius putrescit quàm quæ est circum abscessum, eum sit in loco calidiore, & magis constricto. Et si quis dicat quod aliquando saltem erunt quatuor tantum febres: quia diaria solet breui absolui & vt nomen declarat in una die: dico quod non est absurdum aliquando id contingere, licet raro: & adeo raro vt rarius contingat esse quatuor tantum febres, quàm septem, quia cum morbus defauit natura, cogitur relinquere regimen totius corporis, & tunc accedunt illæ duæ quæ non consequuntur necessario naturam abscessus, hoc autem contingit cum materia abscessus fuerit multa, aut valde praua, aut in loco malo, vt in cerebro, prope cor, & circa guttur, vbi facit veram anginam: & etiam in intimis iecoris: vbi quamuis perueniat ad suppurationem, non pateat exitus materiæ nisi perforato toto iecore. Ex his constat primum febres abscessuum interiorum plerumque terminari ad mortem: quia in tribus calibus sunt lethales: & in quarto oportet

adeffe robur virium, & medicum esse solerem. sequitur secundo quod tales febres sunt acutæ valde: quia & si vnaquæque earum per se esset mitis, tot congregatis simul necesse esset cum ab antiquis pro vna habitæ sint illam congeriem esse valde acutam. Vnde patet eiusmodi ægros breui mori posse, breui sanari non posse. Sequitur etiam quod cum sint tot genera diuersa earum, & singula habeant sua tempora, oriri maximam confusionem, aded vt vix discerni poterint: & maximè ante nos credentibus quod quincuplex est esse vnum; cum præterea accedant symptomata ex ipso morbo principali, id est, abscessu, qui aliquando facit dolorem, aliquando conuulsionem, deliria, vigilias, inquietem semper, aded vt sit lacuna miseriarum. Ex quibus etiam facillè intelligitur quod febres quas medici pro pestilentibus habent, & curant, sunt ex hoc genere; & ided sunt aded lethales, & maximè; cum perperam curentur, & habentur pro pestilentibus non quia sint à qualitate venenosa neque peculiari quodam modo perniciofa. Sed quoniam plurimos occidunt, dicebat enim Galenus morbi vagantes cum multis perimunt pestilentes appellantur. Et si quis obiciat quod sunt pestilentes quia contagiosi dico quod non sunt contagiosi, propter venenum, sed ob magnitudinem putredinis quando abscessus fuerit in loco qui perficitur, & est cerebrum, & cor, & pulmo, & pectus, & guttur, & os, vt colligitur in libro de Vsu respirationis. Et ided angina, peripneumonia, morbus lateralis, abscessus in septo transuerso, diaphragmatis, in capsula cordis omnes sunt contagiosi; etiam in ore, sed ille non est lethalis, ided nemo dat quod non habet; nam & si quis corripatur ab eo affectu ob commercium, non dicit se laborare peste, quia non moritur; nec est in periculo mortis, abscessus autem qui fiunt in iecore, ventriculo, intestinis, renibus, omento, mesaræo, & sunt valde frequentes hi, & in vesica non sunt contagiosi per aërem, sed per decubitum in eodem lecto; cum priores sint vtroque modo. Et contingit quia talis materia abscessuum propter tot febres eo perducitur malignitatis vt inficiat omne quod tangit, & aliquando illico interficit. Et præcipue quoniam qui putrescit humor est in corde, & hanc appellant venenosum, & pestilentem, quia statim interficit, & est contagiosa ob locum, & magnitudinem putredinis, & consensum respirationis. Et tamen non est pestilens sub hoc sensu, quod sit venenosa, quoniam non debet curari per alexipharmaca, sed solo confirmantia cor & ea quæ putredini resistunt, & hæc plurimum differunt ab alexipharmacis. Et ided hic error fuit necessarius cognitu ob curam; nam quantum ad reliqua esset leuis. Et quod hoc non sit propter venenum, sed propter vehementiam putredinis, apparet quia ægrotantes ex morfu serpentum perniciosissimorum, & ex potu napelli, non inficiunt quemquam nec qui secum cubet, ergo manifestum est, quod hoc

contagium contingit ratione vehementis putredinis, cuius indicium maximus fetor excrementorum, & ided cum istud sentitur, oportet fugere celerrime & procul, & sibi consulere cum his quæ resistunt putredini. Non negauerim tamen esse genus quoddam pestis contagiosum, quod venenum seum habet & non venit à Cælo; sed & ipsam contingit ex putredine vehementi casu facta sicut comedendo medullas ossium sepulchrorum, & manendo in sepulchris; & hoc est venenosum, sed tamen & ipsum interficit excitatis bubonibus, sicut apparet in vulgata nostra peste; quæ fuit vt sæpe aliàs dixi ignota antiquis; saltem Hippocrati, & Galeno; nam Arabes eam videntur agnouisse. Signa igitur harum febrium sunt duorum generum; vnum quod sumitur ab ipsis abscessibus de quibus dicam suo loco; aliud verò sumitur à febribus ipsis scilicet secundo, & tertio genere, hæc enim sunt propria abscessibus. & sunt, quia vapores illi non facillè penetrant ad cor, nisi abscessus sit prope mites in suo genere, tamen magis perniciosæ, quia corruptio est maior & ided proprium earum est, quod dicebat Rasis, de febre pestilenti, quæ exterioris, interius conturbans, quæ vt plurimum occidit. Cum ergo suppurato abscessu sit rigor, vt dicebat Princeps Tertia Quarti, & sumpsit à Rasi vigesimo septimo continentis, & adducit Galenum ex opere de locis affectis; sed clarissimè secundo Prognosticorum vbi reddit rationem quare rigor succedat dum erumpit suppuratio interior, & est verissima, & clarissima, quoniam materia illa acris, & calida ob putredinem spargitur super musculos. Cum ergo suppuratio fiat sensum antequam erumpat spargentur vapores calidi, & acres qui excitabunt horrorem. Si ergo inueneris febrem continuam, & consulam ratione exacerbationum, & declinationum, & cum caliditate indefinente circa vnum ex tribus ventribus, & horrorem non continuum, & inordinatum, tunc scias quod in eo ventre vbi est calor perpetuus est fundamentum febris ex abscessu: & est febris consequens abscessum.

24. Febris Lipyria.

Hæc febris est species deterior generis præcedentis: & fit, vt recitat Galenus Quarta Aphorismorum, ex profunda inflammatione, vel erysipelate validis. Cuius indicia sunt febris continua, Partes exteriores frigidæ interioris vruntur: Et sitim habet.

25. Febris ex Epiemate.

Hæc fit iam effusa suppuratione in loco cordi aut cerebro propinquo collecta. Signa proponuntur ab Hippocrate his verbis. Si febris non demittit, sed interdiu tenuior noctu vehementior est: si copia sudoris elicitur: & tussendi cupiditas est, nec quicquam tamen dignum commentatione expunt, si oculi caui redduntur; Maxilla verò rubrem trahunt, & vngues manuum curuantur: Digni verò potissimum summi calefcunt. Atque in pedibus tumores conficiunt: Neque cibi appetunt. Ac pustula circa corpus

corpus erumpunt. Huic nescirem quid addendum, si numeri perfectio non uel incitaret. Diximus enim quod ob exhalationem suppurationis, horrores interdum leues & inæquales, & inordinati, & maximè cum deteguntur superueniunt, id accidit, quoniam vapores illi à frigore externo retinentur, atque sic pungunt; nam si ex frigore horror fieret in quibus libet febribus, dum detegentur, accideret.

26. *Febris Syncopalis humorosa.*

In Syncopim deueniunt homines deiecta virtute; deicitur autem ab utroque extremo, maximè si morbus cum natura consentiens in immodicum lapsus corpus reduxerit, duo igitur sunt modi, vnus ut ab humoribus crassis, lentis, frigidis id accidat; alter ut ab humoribus calidis, siccis, tenuissimis, manifestum est autem quod in utraque exiguntur tria; multitudo eorum vires imbecillæ, & compositio obnoxia, scilicet in humoralis cum strictis venis, & angustis meatibus & maximè cutis; in ea quæ sit tenuibus humoribus latis, ac rara cute. Signa qualia à Galeno describuntur, ut os ventriculi ab horum multitudine oppressum sit (nam id præsupponitur pro morbi substantia.) Præcordia inflata, & corpus totum ampliore mole quam pro naturæ modo cernitur. Tum color alius quidem ad albidius quam pro naturali habitu, & intercute aqua laborantium magis similis est; nonnullis etiam ad nigrius, aut liuidius quos quidem medici plumbei coloris appellant. Omnibus pulsus minores sunt quam pro caloris ratione. Præterea obscuro omninoque inæquales; sæpe ea inæqualitate quam Sismaticam Græci vocant; semper verò ea quæ in vno est ictu. Lique autem quod hæc duo genera febrium scilicet præsens, & quod mox subiiciemus iam dicta sunt, sed à symptomate nomen acceperunt, quod quidem curam ad se trahit, & vetat alia quæ necessaria essent. Est enim hæc è genere quotidianarum, seu ut melius pituitosarum, velut sequens tertianarum, seu biliosarum.

27. *Febris Syncopalis minuta.*

Hæc fit à flava bile circa os ventriculi acuta tenuissima cum corpore raro. Signa sunt ex symptomate ipso cum notis naturæ, & compositionis eius. Soler, & materia ibi vomitum aut nauseam excitare, & caput tentare, & si adiiciantur febri quæ dixit Hippocrates Quarta Aphorismorum. Abstinencia à cibbo, cordis morsus, tenebrosa vertigo, Oris amaritudo, iam confeceris syndromen ferè totam. Præcipuum tamen signum est præter hæc, sudor roridus defluens ex facie. Manifestum est etiam quod in his erunt pulsus parui, & languidi in quavis parte corporis, quod non accidit in præcedente: sed & inæquales. Et casus frequens in syncopem.

Febres compositæ.

28. *Febris hectica cum putrida.*

Et si hectica sub putrida latet, hoc est difficilius cognitu. Cum ergo videris febrem quæ à sudoribus non soluitur, & arteriæ lo-

cus est calidior, & pulsus videtur aliquantulum durus, tunc animaduertas illud etiam de annotatione à cibo quæ si adest certior es, quod hectica sub putrida latet. Et scias quod huiusmodi compositio est illa in qua prodeunt non multo post vrinæ cum pinguedine innatante. Et post mixtæ cum eius substantia

29. *Hemitritæus Primus.*

Coniunguntur febres continuæ continuæ ut dictum est, dignoscunturque varietate exacerbationum, veluti si intra septem dies quis sex habeat aut septem exacerbationes, & non perpetuis diebus, dicemus esse tertianam continuam iunctam quartanæ, continuæ. Si verò quotidiana intermittens continuæ biliosæ, aut melancholicæ iungatur, sunt genera hemitritæorum, de pluribus etiam intermittentes eiusdem generis quæ simul iungantur iam definitum est, duo sunt modi quia non videmus contingere, aut rarissime) ommissa causæ inquisitione, quoniam hic locus non est) prætermittimus, scilicet continuam cum eiusdem generis intermittentibus; & intermittentiū inter se diuersi generis mixturem, & harum quidem, facilius est prioris inuentio; nam si bilis intra venas retinetur, non fiet intermittens, (neque enim est ut isti putant quod bilis, aut alius humor extra venas febrem facere possit, potest bene putrescere, sed si extrudatur bilis, non fiet continua; idè raro contingit, contingit tamen duas eiusdem generis videre febres vnam continuam alteram intermittentem parte vna; scilicet materiam extrusa; altera retenta intra venas. Etenim non à materia quæ extra venas febris fit, sed à parte dumtaxat quæ in minimis venis relinquitur. Quomodo ergo poterunt esse duæ febres, vna continua altera intermittens? si quidem intermittens febris fit, cum humor putrescit in venis, aut magnis, aut paruis, & ex magnis in paruas detruditur inde ex eis extra; seu ergo in magnis ad paruas seu in solis paruis, putrescat omnino necesse est, solam esse intermittentem; cum in vna vel putrescat in magnis venis, in altera non relinquatur, neque enim eo usque procederet, ut extra venas truderetur, cum verò id acciderit frigori continua admista erit, neque motus magnus (qualis in rigore) adesse potest, cunque humor sit idem, & symptomata erunt similia, quare intermittens pars videbitur esse continuæ; difficile quoque est duas fieri intermittentes diuersi generis, neque id visum est à me vquam, neque legi apud aliquem qui viderit. Et si Galenus admitteat causam ut dixi valde obscuram, habet; nam si dicas quod materiam permiscetur, cur ergo duarum tertianarum typi distincti manent? Hemitritæi autem iuxta coniugationes sex sunt, sed nos exponemus solum tres, aut antiquis magis notos, aut qui frequentius eueniunt. Et accidunt etiam alij cum iam laborant, utpote quartana febris tertiana continua superuenerit, ergo primi compositio constat ex pituitosa continua, & tertiana intermittente, tresque habet species, aut enim

biliosa materia, aut pituitosa præualeat, aut utraque æquales sunt. Signa ergo ex his quæ Galenus prodidit in secundo de differentiis februm sunt sumenda. Ergo hemitritæi signum primum est, ut sit febris continua, non quidem sub hoc sensu quod careat typo, & frigore, & rigore, sed quod sit indefinens: nam in adolescente illo adfuit prima die pulsus parvus inæqualis horror, & se contraxit hora sexta, & in secunda die hora quarta contrahebatur, & refrigerabantur extrema, & parvus erat pulsus, non tamen horrorem habuit, neque inæqualitatem, sed solam annotationem (vritur hoc nomine, id est, *omni quatuor* quod commune sit & exacerbationi quæ est incrementum sine typo, & sine contractione, & accessioni quæ est cum contractione scilicet pulsus, & corporis, & cum typo, id est, frigore, rigore aut horrore, & mediæ mutationi inter has quæ nomen non habent latinum: quanquam nec annotatio latinum sit, sed tamen minus absurdè dici potest, ab annoto quod est notam aliquam ostendere alicuius rei: & tertia die accessiōnem passus est horridam hora secunda: & in quinta aliam horridam accessiōnem, ac rursus in octava: die autem quarta similiter accessio facta est velut quotidianæ, id est, cum frigore sine horrore, & inæqualitate: hoc igitur est quintum signum: nam secundum est Rigor scilicet tertianæ. Tertium horror quotidianæ in die tertianæ: quartum repetitio eius ter per spacia longa: dicebat enim. Primo in primum de morbis vulgaribus. Nam breuibus si interuallis à sese sint mutuo motus horridi dirempti, inæqualis dicitur, & horridus motus. Sin ampliōra sint interualla, sit illud symptoma reduplicatio, & dicitur. Hæc sit præcipue in semitertianis, ut vocant febribus, quo circa ternæ plerumque sunt, & quartanæ (scilicet in die grauiore.) Quintum ut dixi quotidianam cum frigore sine horrore, & inæqualitate. Relinquitur igitur ut ostendam quare plures fuerint accessiōnes duabus in die impari, præcipue cum asserat accessiōnem tertianæ coincidisse cum accessiōne quotidianæ hora secunda dixi? Deinde quomodo appellet quotidianam, continuam verè, & propriè eam febrim cuius exacerbatio alternis diebus sit, cum frigore, & contractione tam corporis quam pulsus, diebus intermediis non solum cum his, sed etiam cum rigore, & inæqualitate? Constat autem non esse verum quod dici solet in hemitritæo in die deteriore adesse duas annotationes incompressas, cum Galenus dicat fuisse quatuor, si quis rectè supputet: quia illa secundæ horæ vicem gessit quartum, & idem dicit in Epidemii. Sed neque fuerunt incompressæ ex his quæ dicta sunt ex primò de differentiis februm: cum dicat se intelligere per annotationem incompressam accessiōnem in qua neque frigus extremorum adest, neque paruitas in pulsū, quorum vtrunque adfuit in adolescente in die minoris afflictionis, seu pari. Nihil autem est, aut mihi videret, si Galeni obscura dicta conciliauerò absque

eo ut admittam etiam eos qui sine studio: res proferunt aduersus mentem illius. Vnum igitur hoc colligo, & in lib. de Februm differentiis. Et primo, ac tertio in primum de morbis vulgaribus Hemitritæum esse febrim in qua alternis diebus tres, aut quatuor fiant annotationes, seu duas accessiōnes cum reduplicationibus horridis, in aliis intermediis tantum vnam annotationem, sed absque horrore, & reduplicatione. Ut iam de re seu signorum qualitate, ac natura febris non sit ambiguitas, aut controuersia vlla, sed de causis dubium est: & possem præterire honestè, & deberem si res esset difficilis, quam tamen ille ut solet prætermisit, sed est satis perspicua. Tria ergo ostendere oportet primum quod fuerit quotidiana illa verè continua, quod assumit Galenus ad faciendam fidem quod fuerit hemitritæus verus, nec hos solum, quoniam nunquam intermisit, sed quod vacauerit horrore, & inæqualitate in diebus partibus, quæ sunt propria intermittenti quotidianæ. Et quod sublata tertiana remansit in diebus tam imparibus quam paribus quotidiana continua exquisitissima, cum nec in illis haberet reduplicationes, nec horrorem, nec inæqualitatem vllam: solum omisit signum de frigore ac contractione, quæ sunt intermittenti propria non continua; nam si dixisset caruisse, illis clara fuisset tota oratio, quia tamen videtur dicere quod aduenerit more solito, videtur non exquisitæ continuæ seruasse naturam, sed propter commercium tertianæ præteritæ seruasse frigus, & contractionem, & paruitatem pulsus, ut essent annotationes compressæ, non incompressæ, ut apparet. Prima Quarta ex auctoritate Rasis. Et ideo dicit (est similis hecticæ) vel ergo Galen. omisit id scilicet quod erat sine frigore, & contractione tam in corpore quam in pulsū; vel est dicendum fuisse quotidianam veram continuam, sed non puram ob commercium tertianæ iam præteritæ. Et ita statuemus hoc vltimum illius signum in hemitritæo dicentes; cuius quotidiana est compressa, etiam post tertianæ discessum. Itaque decorum iam causa manifesta erit est, scilicet quare fuerit quotidiana continua vera, & cur habuerit tamen cum hoc frigus, & contractionem, & annotationes compressas. Tertium est quare habuerit habeatque hemitritæus in die tertianæ duas reduplicationes quæ non sunt ex natura quotidianæ, neque tertianæ ex quibus solis componitur; & quare in die pari scilicet quando non adest, tertiana caret & reduplicationibus, & horrore, habeat tamen annotationem, & frigus, & contractionem; & dico quæ ex permixtione tertianæ cum quotidiana ob imbecillitatem naturæ, & materiæ lentorem impeditur motus expulsionis, ut non possit perfici. In prima tamen accessiōne tertianæ sit rigor, quia natura nondum est debilitata in secunda, & tertiana sit horror, qui est medio motus rigoris, & hoc quoniam quod non potuit facere natura in vna vice ob imbecillitatem facit in duabus, vel in tribus, aut quatuor vicibus. Sicut vide-

mus in illis qui ferunt pondera ex quo patet quoddam talis horror sit natura expellente bilem scilicet & materiam tertianam, non autem quotidianam. Secundum quod tempora quae succedunt horribilibus sunt tempora tertianae non quotidianae in die autem quietiori natura efficit contractionem: quia factura esset horrorem si esset quotidiana intermittens: & si esset continua pura, faceret annotationem incompressam. Haec enim propria est quotidianae continuatae, ac quasi haecica ut dictum est. Ergo propter naturam tertianam erit media, quia tertiana inducit consuetudinem naturae ad motum quandam tempore annotationis, ergo adueniente annotatione, neque potest fieri horror, quia non adest tertiana, nec auxilium motus bilis: nec quotidiana est intermittens: ergo incipit solum motus contractionis, & non finitur: & hoc est frigus cum contractione membrorum & pulsus, ac paruitate illius. Et haec febris est valde frequens: & maxime Romae ut restatur Galenus.

30. *Hemitritans secundus.*

Hic habet continuam tertianam, & intermittentem quotidianam: & ideo habet modicum horroris singulis diebus minorem quam in quotidiana sincera. Et singulis diebus exacerbationis loco, annotationem incompressam propter motum naturae consuetum in quotidiana. Et Galenus non vidit ipsum, & rarissimus est, & longè periculosior prior: si tamen inuenitur, nam difficillimum est retinere bilem quae est calida, & tenuissima, & expelli pituitam, lentam, crassam, frigidam.

31. *Hemitritans tertius.*

Hic est frequentior, quia natura materiarum est magis similis. Et habet in quarta die multas reduplicaciones cum frigore, & cum horrore: per sepe adest rigor, sed non magnus: Et reduplicaciones sunt longiores. In diebus autem quietioribus habet frigus longius, Et maiorem contractionem: Et in tertia die frigus & contractio, & paruitas pulsus sunt minora quam in secunda: & aliquando sunt aded occulta, ut non sentiantur. Hic est tanto periculosior primo quanto etiam longior, quanto verò secundus, hoc est breuior, tanto eodem perniciosior ut medius sit.

32. *Febris pestilens signa pestis, & venenarum.*

Et febris nomen in pestilenti non est secundum eandem rationem. Neque verè pestilentes sunt quae plures occidunt, cum eiusmodi sint quae ab abscessibus profundis, & in ventribus sunt, neque quae contagiosae sunt. Hoc enim ob putredinem saevam contingit, sed neque quae syncopim adducunt: docuimus enim harum omnium differentias, & signa, sed quae proprie ob occultam aliquam qualitatem intermittunt, quibus accidit ut sint vagantes, aut contagiosae, aut ut sint feridae, aut mites exterius, aut ut forteant excrementa vel ut sint colliquata: & nihil tamen horum est pestilens, sed ei adiunguntur, raro enim magno malo, non alia magna mala adiunguntur: praecipue natura quae est ministra ve-

getricis animae corporis custodiam deserente. Cum verò venena infinitorum prope generum sint dico, quae à proprietate etiam sola enecant velut toxici, napelli, viperæ, reguli, armeni, cum etiam exitio sibi inter se sint, manifestum est etiam pestilentium morborum innumeras esse species: quocirca, & signa diuersa: quare etiam ut generalia tradantur difficillimum erit. Assumemus tamen pro norma, quae Galenus scripsit ex tertio de Prælagio ex Pulsibus, ea autem sunt haec: Pulsus persæpe sano similis, respiratio foetida color erysipelatosus. Pectus vrens (licet hoc haud explicet.) Ad haec conturbata quorundam vrina videtur esse, & aquosior, ac nonnullorum multoque pro natura tenuior: atque haec quidem certissima est. Nec non quae naturalibus vndequaque similis est colore, & crassitudine haec etiam ad secundam spem certissima est, quae si sublimamento probo sit praedita, multo etiam est certior: siquidem sedimentum sit candidum leue, & æquabile: Praecipue verò sublimamentis animus est adhibendus. Nam quaedam quae subliuida quodammodo sunt, latent: & item alia quae arenearum latas telas referunt in modum lanæ congestæ. At si quid tale animaduertas, aut nullum planè sublimamentum innatae vrinis in peiorem partem haec interpretare: si contraria videas quae retuli, modo non potest fieri ut mali effectus homo sit. Ex his igitur discernas vtrum inæqualitate quapiam affectus sit, an pestilens morbus, & exitialis, qui haeticam febrem habeat, eum praehendat. Praeterea ex his quae balneum consequentur. Etenim cibum respuunt, & sitiunt praeter modum, ac frigidam postulant. Etiam oculi illorum sunt accurate inspicendi: nam inter lauandum manifestè redduntur calidi, & flammei, quidam postea tales permanent: quos planè scimus teneri peste, sciendum tamen nonnunquam incidere sine peste, hae ipsas febres, ut de illis prodiderunt omnes insigniores medici, vocantque pestilentes. Intelligit quod sint pestilentes, non tamen tum pestis vlla grassatur in populo. Vnde sciendum quod ut supra dixi febris alia est contagiosa, quae sit ob vehementem putredinem: alia quae sit ab aere vitiatò: haec proculdubio vagatur in populo, non tamen necessario interficit: ideo pestilens non est. Febris ergo pestilens antiquorum erat febris quae grassabatur in populo cum esset lethalis. Febris pestilens vulgari nomine nostra ætate est, quae ob maximam putredinem contagiosa est, & multos etiam ob eandem causam interficit, quia putrefacit mēbra nobilia, aut saltē in illis creat inflammationes: febris pestilens vera non est aliqua ex his, sed quae proprietate occulta interficit agrum. Et non est necesse, ut sit acuta, quamvis plerunque sit ex eius genere. Haec tamen potest coincidere, cum prima quae est pestilens, & quandoque non. Quia ea febris pestilens secundo modo dicta est non solum grauior cæteris, sed etiam plurimum refert cognoscere illam ut sciamus cauere. Et ut dixi

cum contagiosa sit: scire an mortui ex ea perierint, idem ponam signa eorum, & sunt præceps mors, Bubones sub alis, aut in inguinibus aut post aures vel circa: Maculæ fusæ, aut nigræ in toto corpore, aut maxime circa scapulas: & pendula pars aurium. Ac nasi alæ nigræ, aut liuidæ, vel fusæ: Et carbunculi mali coloris præsertim: & dorsum flagellarum: & dum ægrotaret vomitus: dolor capitis maximus: delirium, sitis ingens, & cordis palpitatio. Et qui ex veneno pereunt quædam his similia habent, quædam non. Dicebat enim in sexto de locis affectis: Quum homo supra natura probis humoribus abundans, ac sanorum more educatus de repente moritur: Et corpus, aut liuens, aut nigricans, aut varium, aut diffusum, aut putredinem molestantem olet, hunc venenum assumpsisse aiunt. Nos vero, & signa è facie eadem quæ in peste addimus. Et totum corpus nigricans: & tumorem ventris, & casum capillorum, & vnguium: quæ sunt valde propria signa: Et dum laborat æger vomitus vehemens, aut nausea: & cruciatus magnus: Et non adest nec febris magna, nec capitis dolor magnus, neque delirium. Et si venenum sit lentum, loco cruciatus adest lingua nigerrima, & aded arida vt hæreat aurichalco: & tabes totius corporis.

33. Febris pestilens Ephemera.

Hæc est omnium violentissima, quæ occidit intra viginti quatuor horas, & palam est tum ex effectu, tum ex signis quod est ephemera: & est omnibus popularis qui maxime viget apud Anglos, & Belgas: & vagatur plerumque ab Oriente in Occidentem, & interficit maximam hominum multitudinem: & raris occidit potentes, & creditum est à quibusdam imò Erasmi tradit id contingere corrupto aëre ab excrementis Zethi, & est satis verisimile, quoniam ex ventibus Zetho nullæ viuunt immundities: & in quibus aër incalescat per ætatem magis. Signa dolor paruus in crure, vel alia parte quasi punctio febris: Caros profundum: sapor cum quo expirant. Auxilium inuentum fuit interciperi somnum, vrinam prouocare, quoniam tempus non suppetit.

34. Febris purrida pestilens.

Eius signa sunt signa communia: quoniam plerumque febres pestilentes sunt coniunctæ putridis, raris ephemeris, rarissime hecicis: vel signa putridarum iuncta signis venenorum. Signa autem venenorum sunt. Vomitus. Magna mutatio coloris in facie. Magna anxietas. Palpitatio cordis. Casus virtutis: sudor frigidus: nigrities extremorum: tumor ventris repentinus: odor quidam peculiaris: mutatio excrementorum ad vitidum: tum symptomata expulsio. Et hæc sunt communia pesti. Vitimum non ita scilicet dolor, & erosio repentina in visceribus. Et in mortuis casus capillorum & vnguium, vt contra in peste Color liuidus nasi, & Bubones commune eisdem dorsum flagellatum.

35. Febris Hectica pestilens.

Hæc febris est omnium maxime mitis, &

quo ad tactum, & pulsum, & symptomata & celerrime occidit: & maxime insana-bilis est, cum enim prauitas occulta sit, & perniciofa, & in membro solidissimo, & tempus breuissimum, merito perimit statim vel ex signis partium componentium: id est, veneni, & hectica.

36. Febris Variolarum.

Hi morbi scilicet variolæ, & morbilli (quod mirum est) Græcis fuere incogniti, cum tamen dicat Auerroës quod eueniunt omnibus hominibus, & fiunt variolæ natura purgante sanguinem ex quo genitus est insans à parte crassiore, sicut morbillus à tenuiore, vt secundo de facultatibus naturalibus. Signa aduentus synocha corporis totius grauitas peculiariter capitis, & grauis dolor: Timor in somno: Facies rubra, cum punctione Oculorum lachrymæ, & inflammatio: Pruritus nasi: Dolor dorsi: Contractio anhelitus: Raucedo vocis: Sputum crassum exsiccatio oris Alices, & Oscitationes Gutturis, & pectoris dolor, & attractio: Et cum exeunt sunt maiores, & rariores morbilli.

37. Febris ex morbillis.

Signa sunt eadem superioribus: sed grauitas, & dolor dorsi minor: Verum iniquies, & inflammatio, & nausea sunt ei peculiaris, aut maiora longè, & morbilli exeunt simul aut in breui tempore variolarum, aut numerus in dies, & horas augetur.

38. Febris liquefaciens.

Hæc est à symptomate dicta, & triplis generis: aut enim liquefacit caliditas adrens crassa in substantia, & tenuis in qualitate, sicut calor fulminis: Aut ob proprietatem, velut argentum viuum quod dissoluit aurum: Aut ob putredinem vehementem. Signa communia excrementa pinguis proprie alui, & oleosa proprie vesicæ: Et casus viuum, Si autem sit à putredine odor est foetidus magis, qui à veneni qualitate, color est liuidus: si à calore ardente, neutrum: sed corpus magis exsiccatur. Et in hoc genere est transitus à signo ad causam aded vt sint duo genera signorum, vt cognoscas liquorem, & vt cognoscas à qua causa fiat. Et spuma dixit Galenus est ex signis liquefacientis: Et delectio quæ est grauis odoris, aut quæ splendet in modum olei, aut quæ est liquida si sit alicui: aut cum sedimento crasso in modum fufuris, aut squamarum, aut partium carnearum in vrinis, omnia sunt ex hoc genere.

39. Febris cum vomitu, vel fluxu ventris.

Hæc febres omnes iam dictæ sunt, quia sunt sub aliquibus ex his generibus: Verum volumus ostendere quomodo ex symptomate coniuncto dignoscamus naturam febris, & causas tam febris quam symptomatis coniuncti. Et symptomata quæ non sunt pathognomica, & sunt frequentia, & magni momenti, præcipue sunt duo: vomitus, & fluxus ventris, qui est duplex diarrhæa, aut dysenteria. Si ergo vomitus coniungatur cum febre continua, & non alleviatur ex eo, tunc ventriculus patitur, & non sit error in victu, nec coniunctio fortuita, oportet vt materia corrupta transeat ad

ad ventriculum: materia enim quæ est in illo non facit febrem putridam propter spacij magnitudinem: ergo istud accidit vel quia materia defluit à iecore, vel cerebro, vel mesaræo. Et si erit crassa & lenta, erit à iecore, vel cerebro. Et color distinguit eam quæ est à liene. Et si fuerit tenuis, biliosa procedit à iecore. Aut est per consensum iecoris, vel mesaræi, vel coli intestini: de ileo non loquor, quia præsuppono quod feces prodeant. Aut contingit propter materiam infarctam ventriculo ex redundantia earum quæ sunt in mesaræo.

Et similiter si fuerit cum diarrhœa, significat obstructionem in iecore: & partem tenuiorem expellit iecur, & crassior putrescit in eo, vel in partibus ultra ipsam. (Et in hecticis, & phthisicis sunt fluxus ob materiam pituitosam, & cruditates, sed mucus apparet in egestionibus, & febris est fixa.) Et oportet ut obserues horas eius simplicitet in die, & in comparatione ad cibum, & in comparatione ad somnum, & in comparatione ad tempora generalia, & specialia morbi: & materias febris, & fluxus.

Et si fuerit cum sanguine, & febris fuerit lenta, est ex imbecillitate iecoris: & perducit ad aquam inter cutem. Et si sanguis prius fluxerit, inde succedit febris, erit ex obstructione, aut inflammatione, aut putredine. Et si inceperit prius febris ardens, inde succedit diarrhœa: post dysenteria, est signum imbecillitatis iecoris in concoctrice facultate, & roboris in expultrice. Et semper supponimus, ut non sit indicatorius.

Et in omni excretionem inutilis, aliquid etiam emittitur utilis dicebat Galenus. Et sunt hæc excretiones irritatæ ab excrementis fatiscente retentrice. Dico quoddam robur facultatis non obesse per se, sed cum adfuerit quoddam irriter. Et ita aliquando ex occasione velut, nimis exacto sensu.

¶

PARS SECVNDA.

De Morbis iecoris.

QUOD morbi cordis sint semper iuncti cum caliditate, in cõparatione ad iecur sufficit tractasse de febre quæ est calida, & sicca: at in iecore cum peccet secundum coniugationes omnes, necessarium erit tractare de calidis, ac frigidis, ut sunt communes toti corpori, & sunt morbus regius, & hydrops. Primum ergo de morbo regio dicendum erit, cum verò duplex sit, à bile flava, & nigra, & ipse symptomatice suo notus, de quo in Quarto de Dentibus abundè tractauimus, sufficit hic in illo tanquam signo mentionem facere: à t de hydrope, utroque modo signa describemus: tum de illis eius generis, hi tamen principales.

De Hydrope ascite.

Cum debilitata fuerit concoctrix in iecore seu proprio affectu seu consensu renum, & septi transversi, aut pulmonis, aut lienis,

aut vteri, aut ventriculi, aut intestinorum, aut ob largam sanguinis in hæmorrhoidibus effluxionem, aut ob illas cum fluere consueuerint retentas, aquæ frigida (corruptæ addit Galenus bis) potum (accedente ut nos dicimus calida intemperie) loco sanguinis aqua putrida generatur: quæ cum ob prauam qualitatem à renibus non trahatur, paulatim collecta in venis replet primum secur, inde & per totum corpus per illas diffundit, & per iecoris superficiem in cauum destillat, quod omentum, ac peritoneum interioret, sicque fit hydrops ascites. Dicimus autem omnem hydropem esse à iecore, quia sunt morbi communes. Communis autem alimentum est à iecore vt sine eius consensu non vitietur, fit tamen quandoque ascites etiam teste Galeno absque vitio iecoris, cum renes non trahunt: Et tunc repente fit hydrops.

2. De Regio Morbo.

Hic fit iecore affecto: sed & non affecto: est tamen communis toti corpori, & quiddam affecto ob calorem cui iungitur quandoque inflammatio: & tunc repente quasi contingit, vel consensu membrorum, & comunicantium seu propinquorum, vt in pulmonis ventriculi lienis fellis musculorum ventris obliquorum: Vel quoniam quæ genita est bilis non potest solida ratione euacuari, quod maxime contingit in obstructione quæ est à causa iecoris parte ad cautam venam, & tunc vrina aquea redditur, & bilis flaua tenuior tantum retinetur, quæ per yrinas excerni solebat, aut in meatum qui est à vesica fellis ad intestina: & tunc crassior pars eius retinetur. Aut quoniam sanguis ipse aduritur in venis, & hoc à corde, vel ardentis febris vi, aut venci epoti, quo consensu eorum corpus permutatur: eiusmodique morbus regius ad viridum tendit, sicut & qui ex liene est ad nigrum. Tinguuntur igitur cum cute quibusdam lorii, atque id plurimis contingit: quibusdam sudor: quibusdam feces pari ratione. Aliis nihil horum quod pessimum est, contra nonnullis plura ex his, sed hoc est difficile, vt pluribus excrementis tinctis diu permaneat affectus. Certè quocumque horum non tingatur indicium est obstructioni meatus ad illam partem. Quod si morbus regius absque febre incidat, & grauitatis in præcordio dextro sensus adit, obstructio in iecore erit ex crassis aut lentis humoribus, aut multis. Et scias quoddam colores corporis qui proueniunt à vitio membrorum naturalium sunt flauus niger, & albus. Et qui mutantur à corde seu per se seu per consensum præcipue oris ventriculi, & cerebri, & pulmonis sunt liuidus, & pallidus, & mistus (Chloros vocatur) & mutatio coloris à corde est subita, à membris naturalibus sensim, nisi per crism. Viridis autem, & fuscus sunt communes cordi, & naturalibus membris.

3. Regius morbus niger.

Et regij morbi nigri causa est lien. Et non est necesse vt Epas compatiatur: potest enim per arterias nigras bilis per totum spargi corpus absque iecoris vitio. Exonerare solet se bifariam, & ad aduenticulum, quod est

tenuius, & intestina, quod est crassius: præclusa ergo via ad alterum eorum præferuntur ad intestina, quoniam in melancholia secundum naturam pauca parstenuis est, fit morbus regius niger absque vitio iecoris. Et similiter si ob plenitudinem non exerceat quod à iecore transmittitur. Plerumque tamen fit etiam vitio iecoris, cum plus generat nigrae fecis quam debeat, aut corruptæ, ut lien refugiat, aut quoniam corrupto sanguine vitietur iecur. Cum ergo vomitus nigrae bilis apparet, contingit vel occlusa via ad intestina, vel ob feruorem melancholiam, ut in quartana: quia melancholia est ex bile.

4. Regius morbus viridis.

Fit ut dixi vel mistis duobus bilis generibus: aut cum sanguis corrumpitur, & separatur in venis vel arteriis ut in venenis, & febribus malignis: præsertim cum æger tendit ad mortem.

5. Tympanites.

Pulsus est tensus, & vrina non est valde mala, imò naturali proxima. Et umbilicus extrahitur: & capit eructare, & ab eo iuuatur. Et non inflantur pedes, & difficulter spirat. Et tardè ei cibus concoquitur: & hoc ipsum percipit.

6. Ascitis, & Tympanitidis differentia.

In tympanite superiores ventris partes incipiunt intumescere, in ascite inferiores: In tympanite à medio, in ascite à lateribus. In tympanite adest leuitas, in ascite grauitas: In tympanite cutis ventris est alba, in ascite virescit: In tympanite sentitur percutiendo sonus, in ascite non: In tympanite non sentitur murmur aquæ in conuertendo se, in ascite sentitur: In tympanite ex decubitu non mutatur forma ventris, in ascite mutatur, nisi iam sit in extremo tumoris: In tympanite sentitur tensio, in ascite non: aut non tanta: Pedum etiam inflatio, & crurium, & faciei, & malus color eius magis associantur ascitem, quam tympanitem. In tympanite spiritus magis laborat, quam in ascite: Pulsus autem asciticorum sunt minores, & crebriores tympaniticis: Et Vrinae in asciticis. Tympanitidis cura ferè desideratur.

7. Pituita alba.

Meminit huius Hippocrates in lib. de Internis affectionibus. Totum corpus laxo tumore intumescit. Facies rubet: Os siccum est: sitis tenet eum, & cum comederit spiritus densatur: eadem die aliquando melius se habet, aliquando repente aded affligitur, ut mortem sibi incumbere existimet. Fit è morbo populari cum diuturnior euaserit: sed color pallidior est. Eadem ferè in lib. de Affectionibus. Sed additur quod membra inæqualiter intumescunt. In secundo etiam de Morbis eadem ferè: sed declarat, quæ membra magis tumeant: Et dicit quod venter, & pedes.

8. Pituita nigra.

Hæc est similis albæ, sed cutis est nigricans, & crassior, & purior, & est longè difficilius curationis, si autè debilitata coctione, ut crudus humor loco sanguinis generetur. Et idèd non est cum putredine, ut in ascite, & calor est potentior, quoniam incrassat:

vnde coctionis indicium est, ut docet Philosophus Quarto Meteororum. Et causa quare qui Hippocratem secuti sunt in his duabus locuti non sint, sequuntur eas cum anasarca vnam, & eadem affectionem esse existimarunt, cum sint inter se maximè contrariæ, & alba facile sanatur, anasarca autem est insanabilis.

9. Leucophlegmatia, & œdematis discrimen.

Alba pituita incipit à ventre vel à pedibus: & tum œdemati similis est, & colore, & quod cedit dignitas, ac retinet vestigium: & quod paulatim ascendit: Verum differt quod in vtriusque pedibus simul incipit. Quod est cum vestigiis inflationis, & mali coloris in facie: Quod alui & vesicæ excrementa vitiantur, quod fit absque causis externis: ut potèd vlcere vinculis præcedentibus œdema præterea nocte, & per somnum resolui solet: Demum in leucophlegmatia partes superiores etiam afficiuntur ut cœxæ: & sitis adest: & grauitur in ambulando: debilitanturque crura: & cutis fit crassior, & nigrior successu temporis. Et ex œdemate persæpè fit transitus ad leucophlegmatiam.

10. Anasarca seu Hypofarca.

Adest inflatio pedum, & vultus. Et cum extenuatione totius corporis. Et si inflatur venter est deterius. Et adest sitis, & similitudo eius cum mortuo: & idèd plerumque est etiam cum malo colore. Et plerumque sequitur, aut hæcticam, aut febres putridas perniciosas.

11. Aqua Intercus.

Hydropem esse aquam intercutem haud dubium est apud Celsum: neque esse discrimen nisi latini, ac Græci nominis: quamobrem & vtranque dictionis significationem, in tres species distingui. Vna quæ humore constat, alia aqua, tertia flatu. Et quæ aqua & flatu constant, inter peritoneum, & omentum continentur, quamuis in ascite tumeant pedes, & venæ ichore plenz sint: in leucophlegmatia verò totum corpus plenum est, idèd quæ leucophlegmatia, & ascitis communes morbi sunt: quia totum occupant corpus seu verè, & manifestè scilicet leucophlegmatia: seu per venas, & virtute, ut ascites. Hypofarca autem, & tympanites non sunt morbi communes, aut saltem tympanites, sed adnumerantur his propter generationis similitudinem. Haber autem aqua intercus aliud quoque significatum: Velut cum dicitur: Si ab aqua intercute ex venis aqua vniuersim defluat in ventrem, soluitur morbus. Manifestum est quoddam per aquam intercutem intelligat ascitem. Et morbum qui est ascites, ascitis nomine non comprehendendi, manifestum igitur est ibi Hippocratem velle aquam contineri in venis, & effluere in ventrem. Diximus de hoc in Commentaris: rectèque animaduertimus ibi commune esse hydropi ut venter tumeat. Idèd per aquam intercutem proprie tanquàm magis communem, non ascitem, sed leucophlegmatiam intelligere oportet: idque proprium eius esse significatum.

12. Elephantiasis.

Princeps licet in nomine enarret, melius tamen quàm vllus alius scripsit in plerisque,

at paulò melius quam Romanorum tempore nunc ageretur cum medicina: nam tum seruis nostro æuo Gramaticis est demandata: vt solida illorum petulantia, atque imperitia non solum laceretur, sed de bonis disciplinis omnibus, & eruditis maledicant. Ergo eius signa sunt: color faciei ruber ad nigredinem declinans. Et vicissim: oculi fuscissimi ad rubrum tendentes: Angustia in anhelitu: Vox rauca: sternutatio multa: sermo à naribus resonans: Capilli attenuantur, & rarefcunt: Venæ in pectore, & facie apparent: Odo corporis, & anhelitus foedus: Mores melancholici, & præni, somnia terribilia, & in somno grauitas, vel etiam incubus, & sunt prouisi in uenerem. Inde cadunt capilli proflus, & funduntur ungues, & facies fit horribilis, & terribilis, & nigra, & sanguis congelatur in articulis, & putrescit, & difficultas spirandi crescit admodum, & vox fit maximè rauca: & labia crassa, & deformia, & nigra, & apparent glandulæ in superficie corporis similitudine earum quæ porci eueniunt, & maximè supra cubitum in parte interiore. Demum corpus ulceribus scateere incipit, & nasi cartilago corroditur, cadique, & extremitates similiter, & exit virus foetens, & vox proflus perit, & pili ex toto cadunt, & fit omnino niger, & pulsus fit debilis, & tardus, & idem creber, & ex hoc genere sunt morbi crassi, nisi quòd sunt à bile, & pituita, melancholice loco, & natura se per vomitum exonerat, occupat tamen totum corpus. Et est morbus diurnus de quo in libro de Internis affectionibus.

13. *Idiaca lues.*

Hæc incipit ab ulcere genitalium tam in masculis, quam in feminis: Inde à bubonibus iuxta genitalia. Post adueniunt crustæ in capite, ac corona capillorum, & facie. Et cadunt capilli aut crustarum loco dolores in articulis, & in tibiis, & maximè ab initio noctis vsque sub auroram, & foetor anhelitus, & dolor capitis, & color faciei corrumpitur, & ulcera fiunt in corpore, & nodi, & tubera, & gipsæ duricies magnæ, & dolorosæ. Et vrina amittit splendorem suum, & est decolor, cum contentis diuisis, aut crudis, & cum febricula. Tandem perueniunt in ulcera sordida, magna, & insanabilia, & os capitis corrumpitur, & fiunt morbi varij interni ex quibus moriuntur. Vnde manifestum est, quod est ex genere elephantiasis, sed minus violenta, quam incrementum eius aliquando sit celerius.

14. *De extenuatione, & obesitate.*

Quamuis huic per se hæreditaria sint, obesitas tamen fit à multitudine humidis, sed carnea cum plurimo calore: pinguis autem cum remissio in fœdere, & in toto. Et sunt expositi suffocationi, fracturæ venarum, apoplexie, & resolutioni, & palpitationi cordis, & febribus malis. Extremuati autem à calore, à frigidityte, siccitate, imbecillitate, obstractione iecoris, aut cordis, aut ventriculi, aut ratione totius, aut siccitate. Et sunt partia ad tabem.

PARS TERTIA,

PARS TERTIA,

De Morbis propriis.

CVM tam in generalibus, quam in communibus morbis de quibus mox dicemus duo quarantur: siquidem morbi natura, ac species seu differentia, in hac tertia parte quæ de propriis morbis est seu vniuscuiusque partis tertium in inquisitione addere oportet, scilicet membri patientis cognitionem cum vero, & hæc cognitio aliis non inutilis erit, & ipsa ex aliarum augebitur. Harum ergo causa hæc consideranda sunt, substantia ipsius membri velut si bronchion expuatur exaspera est arteria, si in vrina prodeat aliquid lamarum specie ex vesica, si caruncularum ex renibus: eius succedunt adnata quemadmodum fungi in crani fractura vbi membranz afficiuntur: tertio loco operationes vt in Ischuria vesicæ labor. Quarto tumor. Quinto locus seu regio. Sexto dolor. Septimo excrementa naturalia. Octauo à præternaturalibus velut suppressionem vrinæ lapis, & quæ sunt ex eius genere humor, sanguis concretus quem trumbum vocant callus, seu verruca, aut scirrhus vel phlegmon cicatrix obducta, contractio ex frigore ipsius colli: aut contra imbecillitas corporis eius vt omnino constringi non possit, aut vlcus dolorosum quod vetet constringi, & illuc protrudere vrinam possunt, & addi alia velut sanies, & vermes. Aduertendo quòd naturalia excrementa significent super affectum, & membrum, præternaturalia super affectus causam, vel quia de his est questio. Nono à symptomatibus tum præsentibus, tum præteritis. Decimo à loco sub quod etià consensus continetur. Tum demum est ratio victus præcedens satis coniecturalis, si cætera non suffecerint. Et scias quod pulsus ratio in tumoribus, interioribus plurimum potest, sunt enim maiores, & pleniore, & ad declarandum partem affectam, velut in membranis duriores, in cerebro & pulmone molles à pituita etiam molliore: in scirrho duri, & in doloribus inæquales, later autem dolor per se per se hæc læsam mentem.

Incipere verò decet ab ipsa operationis læsione, vt ibidem refert: quoniam propter ipsam nota inquisitio est, quamobrem, & ab eius peculiari instrumento, veluti si obscura quædam ante oculos obuersionent, oculos ipsos aliquo modo pati necesse est, neque enim visio perturbari potest, oculo proflus non patiente. Patitur autem membrum, vt alijs diximus non solum læsa operatione, sed vel in tumoribus, vel doloribus (quæ tria possunt singula ab alijs duobus fecerni vt potest lædi operatio sine tumore, & dolore: tumore effici membrum atque dolore, & læsa operatione: dolere iterum nec lædi operationem, nec adesse tumorem) vel per se cum causa est, & oritur in ipso membro, vel secundarius dicitur morbus cum causa

causa est in membro, ortus autem materiae quae transmittitur aliunde, aut ex consensu, & dicitur proprius, cum causa oritur, & est extra membrum, velut caecitas quae contingit ex obstructione nervi optici, & vomitus bilis, qui fit vulnerato cerebro. Et quibus concusso cerebro vox adimitur, ut declarauimus in examine Commentariorum Rasis Noni ad Almanforem Leonarthe, Iachini. In his ergo sex membrorum genera considerare oportet simile in quo proprie est functio, & praestat vsum velut crystalloides ad visum, & quod praestat vtilitatem, velut tunicae oculi praesertim cornea, & consensus substantiae neruorum, quoniam ex neruis operationes sensiles originem ducunt, & meatus per quos, & spiritus deferuntur, alij per quos materia, ut aer pro voce, aut si praeter naturam excrementa. Et ex spiritibus quidem naturales functiones perficiuntur, animales conseruantur: ut per excrementa accidunt morbi, manifestum est igitur quod horum omnium situm diligenter noscere oportet, cum per sepe ex mutatione ipsius operatio adiunetur, aut impediatur. Considerandum etiam de septimo morbi genere, quod ex alio procedit velut strumma ex glandula, scirrhus ex phlegmone, dysenteria ex febre, morbus lateralis ex angina. Similiter, & dignoscere oportet circa propria excrementa, aut materias tumorum quae pro excrementis habentur cum diuersus sit finis earum, attamen similitudinem habent, vel enim cruda sunt omnino quod functionem abesse significat, vel semicruda quod debilem, aut vitiosa quod peruersam, aut concocta quod integram & puram esse ostendit. Similiter, & ex his quae adherent excrementis velut nidorosa eruptiones, & foetidi crepitus ventris, & quae profundè infarcta sunt potius nixum efficiunt: quae in concavitatibus motum, velut in ventriculo nauseam pro vomitu, in intestinis tinesmonem pro fluxu: titillationem pro sternutatione, Cerchnon pro tussi. Nec non circa compositionem tria praecipua animaduertere decet, cavitatem, meatus, & substantiam, vel ut quod necuea maximis afficiuntur doloribus tamen nervos paucos, & exiguos recipiant: Ut ventriculus intestina vesica membranae, contra parenchymata. Meatus, ut sciamus vnde materiae influant, aut ad quae deriuari possint. Cavitates, quoniam duplici officio funguntur, ut infra dicemus, & Viae, & functionis. Communia etiam scire decet: velut quid calor quid frigus, quid siccum, quid humidum, quid vulcus, vlnus, flacus, aqua, sanguis, bilis flaua, bilis atra, pituita, bilis nigra non exusta, & exusta, humor crudus, sanies, lapis, vermis, pilus efficiunt generaliter non solum, verum in singulis membris, quaeque ex illis careant sensu: quaeque exiguo praedita sint, aut mediocri, aut acri. Cumque per eandem viam idem educi potest, velut per os ut à cerebro, & ab aspera arteria, & à pulmone, & pectore, & ventriculo potest excerni: Sputo, excreatione, tussi, vomitu, haec enim operationes singulae singulis propriae sunt. Et similiter per mulieris pudenda

ex vesica, vel renibus, non altius. Ex vtero autem toto, vteriuè collo. Vna verò ratio sit distinguendi morbos secundarios, atque per consensum etiam longè magis, ab eo cuius fons, & causa est in ipso membro: cum minimè iuuatur à debitis auxiliis quae primo genio, seu morbo per essentiam praecipuè conferre solent. Aliud est si non continus sit effectus, secundarius est, aut ex consensu, continuum dico quod aut affligit semper, aut vestigia retinet. Et si vna particula vexata altera irritatur, consensum vtraruque indicat. Et morbus qui ex alio relinquitur, est per essentiam, ut insaniam post delirium in febre. Sed & scire oportet dolorum naturam, ac quibus maximè membris conueniant, quomodo quoque sensus, tactus, & vis motrix principio ipso distinguantur, quaeque vires facilius languidæ euadant, aut quibus ætatibus, & temperaturis, quaeque serius hoc autem dicere nunc, non grauabor.

Ergo cum quatuor sint expultrix omnium validissima est, & serius consumitur, & maximè in calidis, & humidis temperaturis, ætatibus, temporibus, & vbi cavitates sunt magnae, & membrum operationi consuetum: quoniam modico calore indiget, & per fibras fit, & per musculos, & ab humido, & sicco iuuatur pariter, & per sepe à rei pondere, sed & à voluntate, validitate, validissima est in ventriculo, inde in intestinis, post in vtero, & vesica, in pectore, & pulmone iuuatur à flatu, sed & in corde ob robur eius, & magnitudinem coloris, & sanguinis multitudinem, propterea, & mortui quidam antequam frigescant euomunt, & excernunt per alium. Debissima est concoctrix quae nec voluntate, nec vi imaginandi, nec fibris nec musculis, nec passivis qualitatibus iuuatur, à frigido læditur grauius: ab omni calore praeter naturam peruertitur, auxilia, sunt à corde & iecore, & si substantia carnea sit & sanguinea, & crassa: si ergo haec extremae sunt, necesse est duas reliquas in medio consistere. Et attractrix quidem citius debilitatur retentrice, quia in motu consistit, & calore indiget, retentrix autem à frigore parum læditur, magis ab humido.

Cum igitur læsa actio sit quae medicum ad inquisitionem deducit, eaque primo occurrat, membra verò quibus perficitur actio illa plura sunt, & in eodem membro plura impedimenta, & cuiuslibet impedimenti rursus plures causae. manifestum est, quod praesentis instituti est haec tria quaerere, Galeni autem in libris de locis Affectis primum tantum, dubium haud est hunc librum, & exquitiorem, & plentorem doctrinam tradere quam libri de locis affectis. Proposita ergo actione læsa quod ad primum attinet, quaerere oportet proprium subiectum quod ut dixi simile reuocantur: Græcè melius omiomerum inde & quae auxiliantur illi ex his vndecim quae paulo antè dicta sunt regione, nec non tumores dolores qualitarum excessus prodeuntia quaeque ex triplici genere, victus rationem quae praesuit, quaeque iuerint aut noxerint, & reliqua. Porro intuenti, in hoc vna tamen est cum

cum illo, ut seu genus morbi, seu sedes, quaeratur id solum ratione fiat, non de his agatur quae sunt sensui subiecta. Nihil ob id vtilius anatomia.

1. *De differentia laesionis sensus, & motus.*

Distinguntur primum non solum inter se, sed etiam in partibus dextra, & sinistra, intus, & extra, tum verò extrema & media, quadruplex igitur differentia est & dextri quidem, ac sinistri discrimen est à medulla spinali, & cerebro velut videmus in oculis, & auribus manibus, pedibusque ob salutem animalis. Extremorum autem affectus sine medio, & in motu, & in sensu esse potest, quoniam & vires imbecilles, & obstructio in fine nervi id efficere possunt: in medio autem secundum eandem partem deficere alterum eorum impossibile est, cum verò adolefcens de quo Galenus ait, ex casu offendisset vocem, & crura, non autem manus, non obscura fuit causa, nam nervi qui ad manus veniunt ex altioribus proveniunt vertebrae, quam qui movent intercostales musculos aut crura laesa, ergo erat pars spinæ inferior superiore salva. Qui verò in tribus digitis laesus erat, non in spina dorsi, cum tamen cecidisset è vehiculo, palam est nervum ab origine fuisse quasi à spina conuulsam, atque ita laesum, nec spinam laesam fuisse necesse est, non sentiebatur hanc noxam in aliis partibus, tum quia motum præcipuum non habebant hi nervi, tum quia à carne contacti erant, & minimè frigori expositi. Cur etiam nervus, non extra, aut contra, ex nervis ipsis neruorum, ac musculorum contingit. At verò cur motus absque sensu laedatur, aut sensus absque motu, aut ambo simul ratio est prima, quoniam motus in actione, sensus in passione consistit: idèò facilius est laedi motum quam sensum, ligamenta etiam si laedantur, manet sensus motu debilitato. Est etiam sensus actio nervi, motus muscoli: & idèò instrumenti, fieri potest ergo, ut instrumentum laedatur, & sensus maneat: nervi quoque duri ad motum sunt magis accommodati: molles ad sensum, pati possunt molles, & sensus laedi, manente motu, tum maximè quòd qui sensus faciunt in cutim disperguntur, qui motum intus sunt, & ligamenta etiam inoffensa sunt: sensum & motum ex se habet citra neruorum consortium, quamuis eluctante Galeno.

2. *De Doloribus.*

Dolorum præcipue species quinque sunt, tendens, grauens, mordens, pungens, & pulsatorius, & magnus quidem fit ratione partis exactio sensu præditæ, & in mollibus corporibus, & insuetis, & vbi causa magna sit. Parvus verò duplex est: syncerus qui à contrariis causis fit: & stupidus qui fit cum particula ipsa simul laesa est, vel aliàs, vel tum influxu materiae, vel ob magnitudinem doloris, aut diuturnitatem, aut vincula, aut frigus. Et calor quidem dolorem aufert, quoniam intemperiem prohibet frigidam, qua maximè nervi offenduntur, & vapores extrahit. Et quoniam membrum simile, naturæ suæ est, fieri autem non potest ut simul simile sit, atque difficile, frigidus verò vbi

magnum sit, sensum aufert, exterius vero auget tum intropellendo, tum quia intemperiem nervi inimicam adauget. Pulsatio ergo fit compressio loco ob tumorem in quo causa doloris est, & arteria propinqua, nihil enim pulsat in corpore nostro pater arteriam, indicium est ergo inflammationis in loco nervoso, & prope arteriam, grauens verò fit in membris quæ ex tunica tantum sensu prædita pendunt, qualia sunt renes, & iecur: nam quæ sentiunt, plurimum obtundunt sensum grauitatis, tamen pendunt, & inflammationibus velut membrana cerebri maximè dura: tum vesica. In quibus verò dolor est obtusus valde, & grauiusculus, his nulla est membrana sensu prædita, velut in carnosa parte septi transversi, mesareo, & cerebro: Tendens verò fit in membranis vbi arteriæ non sunt: vnde etiam in plerisque carnibus glandosis, sed non adeò: verum propriè in his quæ tendi possunt, velut ventriculus intestina vesica omētum: sed minus membrana subcingens costas, peritoneum. Et si circa calorem sit, à flatu, aut excrementis, aut materia minimè acri Materia verò pituitosa, & satis temperata, tum sanguinea, apta est tensioni, & grauitati, & dolori etiam pulsanti, si prope arteriam sit. Pungens verò fit vel à redura. Vel à vehementi frigore: Vel à materia acri cum valde tenuis fuerit, ac vaporosa, ut ita dicam, vnde contingit coli dolorem, & à flatu qui & ipse pungit, sed si exquisitius loquamur, tendit, & qui fit à pituita vitrea vix distingui à renum dolore propter lapillum. Erodens autem fit à calida materia & sicca acri, sed & frigida & sicca (nam & à pipere, & aceto, & ab allio, & à succo limum os eroditur) cum crassam substantiam habuerint, aut assidue influant, nam in allio succus calidus & humidus est, verum & sicci non parum admistum habet, & valde calidum est.

3. *De Doloze torsioni simili, & trahente, & lacerante, & iaculante.*

Hæ differentie dolorum minus sunt generales, ut quæ quandam speciem materiae proprietatemque substantiae membri, tum motum exigant: velut iaculans pungens est, qui intemittit, palam autè est fieri ex vapore acri membro sensu lacerans est, qui rodit cum tensione adiungitur. Aut cum alter eorum membri substantiam profusè corrumpit. Torsio verò fit in membro cavitatè habente. Maximeque à flatu transeunte per circuitum. Vel cum membrum torquetur verò. Trahens autem in hoc differt à graui, quòd vehementior est, & ab utroque extremo sentitur. A tendente autem, quoniam partem vnam habet à qua distrahit. Tendens enim ex quo tendit, in vtranque partem fit, ergo trahens cum tenditur parte quæ parti adiacet firma. Ex altera tamè parte etiam tendit: in quo differt à dolore graui. Ex hoc habebis noto, situ multorum membrorum certas notas, atque cognitionem.

4. *De Doloze qui per se sentitur, tactu non percipitur, quique contrario modo, & qui utroque.*

Dicemus proprium quod ex sensu notum est dolorem ex phlegmone per se sentiri, &

magis

magis si tactu comprimatur, velut in podagra. De dolore autem in parte profunda velut ischiæ renum membranatum cerebri, quid mirum est si non sentiantur tactu, cum non locus dolens sed sanus comprimatur. Duorum ergo dolorum qui sunt prope cutim, quorum vnus per se sentitur, compressione non sentitur, alter sentitur ex compressione absque tactu non sentitur: causa est, quoniam tumores frigidi non valde, neque magni, per se non dolent: quia non est tam magna intemperies, & soliditatis diuisio non est magna, compressione dolent. Valde autem frigidi loci nervosi, dolent ob intemperiem: compressi non dolent, non enim sunt diuisi.

5. *De Doloribus flagrantibus, seu vrigine pruritu dolore naturali, & eo qui ex palpitatione fit. De torpido, de vrente, de coquente, de constringente, de dulci seu suauis, de Dolore.*

Princeps posuit quindecim dolorum genera secutus Archigenem, iam à Galeno merito damnatum, idèd plura genera quæ solum habent nomen quàm essent dolorum recensuit: nos autem xix. cum doceamus, nil plus docemus quam id quod non solum quilibet experimento comperire poterit, sed qui illi acquiescere volet fateri cogetur. Ergo dolor flagrans fit dum quis loro, aut virga percutitur, & dum excoriatur, aut cutis diuiditur, & est proprius illi, & maxime viget in virgæ præputio, & non noui membrum internum, quod afficiatur hoc doloris genere præter tunicam ventriculi interiorum, & gulam, & os, & quæ sunt illi coniuncta. Et palàm est hoc latuisse non solum antiquos, sed etiam Galenum; quia non res ipsas animaduertunt, sed aliorum scripta solum sunt sequuti. Hic ergo membrum affectum, id est, tunicam aut cutim ad quam aer, aut res externa pertingere potest, edocet. Et affectum, & est solidi diuisio, seu vulneris species, & non inueterati, licet forsitan minuti. Et quanto minus fuerit, eo magis est remotum à natura alterius generis dolorum, & est vera vrigio. Pruritus autem est dolor medius, & idèd nisi sit vehemens, facile fertur; vehementi nil acerbius. Et in sanis partibus (quia vt dixi medius est dolor) est via ad dolorem, in iam dolentibus ad sanitatem, fit ex vllicatione non diuidente solidam substantiam sensilem. Et ipse est medius doloris flagrantis non simpliciter omnis doloris. Idèd, & ipse significat partem affectam cutim, & quod est ei simile, & affectum diuisiois solidi inueterati. Et causam vaporem qui fit materia resoluta, aut ad quæ materia transmittetur non multo post. Dolor autem naturalis est in singulis partibus corporis, tamen careant neruis: quoniam viuunt per animam, quæ sensum præbet, & cum omnes habeant motum per se vel per adiuncta, idèd etiam habent sensum, aliter frustra ei datus esset motus. Et vt paucis agam, & experientis, ac re non rationibus, dico quòd hic dolor est euidentis, & maximus in corde & eius penetralibus, adèd vt nullum sit maius. Et contingit in periculosis affectibus, & si maneat, perducit ad

interitum, & non potest assimilari cuiquam alij, quia est alterius generis, & est contrarius alacritati illi quam sentimus etiam sine neruis dum bene valemus. Et qui negat ipsam, vt forsitan Galeno suffragari videatur, est velut qui non videre rem quam præ oculis habet, & vult oculos claudere vt phasianus in metu accipitris. Et significat partem affectam scilicet cor, & affectus magnitudinem, & sæpe melancholicum vaporem ipsam petentem, aliter mortem paulò post imminentem. Et si differatur materia frigidam ei proximam aut scirrhum incipientem, & idèd curatur cum boragine, & croco plerumque, si curationem recipiat: quia cerdi sunt propria moderatè calida, & dilatant. Qui verò fit ex palpitatione, est etiam cordi proprius, & molestissimus tanto deterior alio genere quod per neruos fit, quanto priore minor, vt fit quasi medius. Et significat membrum affectum, & affectus causam flatum, aut vaporem, aut qualitatem quæ in eo incipit generari, calidam, aut frigidam, aut venenosam, & distinctio earum est ex his quæ præcesserunt ex annexis & auxiliis. Torpidus dolor est velut in cruribus quæ in malo situ iacuerunt, aut in membris quæ vincta inde resoluta fuere. Et est necessarius semper ob id cum grauitate. Et si sponte accidat, fit vel à vapore crasso, vel materia tenui in neruo, vel materia crassa melancholica circa neruum, & indicat discrimen tempus resolutionis. Et est resolutionis nuncius si sit magnus, & diurnus, & in membro magno, & absque causa manifesta. Et qui fit cum punctationibus vagantibus (per sæpe enim hoc accidit) est leuior, & tunc est mistus ex quatuor; dolore leui, punctatione, grauitate, & stupore ipso. Et quandoque est cum calore, & est mitior, & talis fit ex vinculis, & nonnunquam cum frigore, & est deterior. Vrens qui fit ceu ab igne, & est acris valde, & cum vrigine multa & calore; & penetrat celeriter. Et significat causam quæ facit ipsam calidam valde, & exustam. Idèd si fiat intus, non potest esse verè vrens, sed æstum magnum sentit & sitim, & extrema frigit. Et ab inflammatione, aut erysipelate in loco. Et distinguitur doloris magnitudine ad tactum, & tumore è regione membri patientis. Coquens fit, cum eschara superinducta est vrenti aut flagranti parti. Et est mitior, & sentitur in eo dolor, calor & pruritus: idèd componitur ex illis. Constringens seipsum docet, & fit à frigore in multa materia locum amplum amplectente. Si autem frigus sit maximum, pungentem efficit, vt supra diximus. Cum enim constringens desinit, transmittatur in pungentem. Et pungens proximior est vrigini cæteris speciebus dolorum. Dulcis autem atque suavis est mistus plerumque ex dolore & voluptate, vt in deurginata in pene eius qui cutim separante à præputio, in coitu violento, in eo qui seipso seclitum, aut pruritum, in eo qui motum, aut qui in lipothymiam incidit. Qui verò est simplex, fit velut in circulatione, quoniam tenuissima vllicatio fruat & voluptatem & dolorem affert, fit & cum membrum dolori exiguo consuetum,

tum, & dolet, & suauem sentit dolorem ob consuetudinem, vt in animo ex domesticis, ac filiis parum morigeris. Repentinus ergo significat exsolutionem, & si cum virium robore suppurationem materiæ facientis morbum, aut eruptionem si sit cum rigore. Et si diuturnus sit, & cum mollitie partis est proprius suppurationi factæ, idè non negligendus. Dolor autem simpliciter quandoque sentitur absque vlla differentia: quemadmodum in scapula Conciliator: & si sit magnus (nam in paruis plerumque latent differentia) est ex materia multa frigida & humida locum diuidente, & ob dolorem trahente calorem ad locum, vt frigiditas non percipiatur.

6. *De cævo, seu somno profundo.*

Hic fit vel à frigiditate, & humido abundantanti: vel ab altero eorum, & reliqua qualitate leui. Et frigiditas est potentior humido ad somnos: sed siccitas est potentior frigiditate ad vigilias. Et fit vel ob substantiam, vel materiam, vel ob vapores, aut ex his. Et materia collecta, aut sparsa, putrescente, & tum adest febris, & non putrescente. Et grauitas, & obtusio sensuum, cum materia adest, sunt maiora. Oportet ergo considerare quæ à naribus eiciuntur, & qualia sint in his & cæteris capitis affectionibus. Inspice etiam oculos, & fit hoc vitium in anteriore cerebri parte, & oculi clauduntur in eo, & spiratio non læditur, & fit etiam ex contusione ossis vbi membrana cerebri læditur: vel si in perforatione ventriculus medius offendatur. Et fit etiam in magnis doloribus ex virium collapsu.

7. *De Vigilia.*

Hæc fit vel à calore, vel à siccitate exuberante, vel ab vtriusque vel à curis aut vaporibus vellicantibus, vel defectu corporis humidi, vel in inedia, vel mutatione cubiculi inter causas externas: quibus sublatis considera si adsit febris. Et si adsit pondus, hoc est deterrimum, ostendit enim humorem crudum, aut etiam melancholicum. Et si febris adsit erit à toto, si obserantur imagines, & nauseabundus sit, erit à ventriculo. Inspice etiam oculos si rubent, est à calore: si siccis sunt à siccitate, si vtrunque ab vtroque.

8. *De Vigilanti Comate.*

Hoc est quasi medium, & vtriusque participes. Et fit à bile simul & pituita, dicebat Galen. 3. de locis. bilis enim cogit vigilare, pituita coma exeat: Et ita fit coma vigilacium, nam qualitates absque materia contrarias difficile est inuenire, à frigiditate enim, & siccitate velut in decrepitis idem ferè contingit, sed febris non adest, & omnia arida sunt, fieri etiam potest ex intemperie calida, aut sicca in cerebro absque materia cum pituita multa. Et hoc frequenter accidit: contrarium autem rarius. Distinguere igitur oportet per rationes dictas, cum sint affectus communes, idè cuncta repetere longum esset. Pro reliquis autem affectibus primum enumerare eos oportet: sunt enim sex, moror, hebetudo, perturbatio, furor in ratione, & cum imaginatur

falsa, & obliuio, componuntur autem pluribus modis: sed de his sufficit dicere.

9. *De Insania.*

In huius & cæterorum affectuum disquisitione non solum excrementa cerebri considerare debemus, teste Galeno, verumetiam vigiliam & somnum: illa quidem propter se, hunc propter se & propter insomnia, cum hæc sint argumenta frigidi & humidi, aut calidi, & siccis. Sed & meminisse decet eorum in Commentariis de Aere, Aquâ ac locis de eiusmodi scripsimus. Igitur quod à quauis immoderata intemperie membrum, & spiritus destruentem, omnia talia contingere possint, haud dubium est. Sicut quod à calido peruersio, & à sicco, à frigido autem & humido impotentia haud dubium esse potest, tum verò à compositionis prauitate nimia raritas, nimia durities, diuulsi partium: & omnia hæc præ oculis habere decet. Tum verò distinguenda sunt nomina ob multitudinem illorum, & interpretationum apud antiquos. Nunc voco insaniam perturbationem rationis sine furore. Hæc igitur fit à motu præpropere spirituum, idè: que vel ex nimio calore, vel siccitate, aut vapore perturbante. Et eius sunt tres species, vt de comitiali dicemus inferius. Et vicissim permutantur comitialis, & insaniam, & ex ea est Dæmonium, & hoc duobus modis accipitur, propriè, cum veram sortitur cognitionem quæ illi non conuenit, & non propriè, cum agitur in furorem, & præcipue cum viribus corporeis supra naturam fertur.

10. *De Hebetudine.*

Fit à frigore aut humido aut defectu spirituum, aut cerebri compositione mala, vt cum terreum euadit, velut in decrepitis.

11. *De Furore.*

Hic fit vel à calore nimio, vel à siccitate, vel vtriusque, aut vaporibus vrentibus & concitatis.

12. *De Marore.*

Hic cum fit saluis cæteris; aut materiam melancholicam significat, aut spiritum eiusmodi factum, & si sic, periculum est cæcitatatis, aut insaniam, & si ob materiam, scirrhii, aut catalepsiæ, aut insaniam.

13. *De falsa cogitatione.*

Hanc imaginationem malè Barbari vocant, & fit ab eisdem causis quibus perturbatio rationis.

14. *De Obluione.*

Hæc fit semper ab humido, quoniam formas non suscipit benè, multo minus retinet: à frigore autem, quoniam coctionem impediendo primum humidum copiosum generat, postea etiam membri compositionem dissoluit: idè maxima in decrepitis. Distinguuntur autem hæc facultates, quia memoria fit omnino sine motu, est enim habitus quidam, & continuatione partium retinetur, vt vna alteri succedat. Ratio & cogitatio cum motu sunt, sed ratio est formarum compositarum vis imaginandi simplicium. Et tales formæ sunt cum magnitudine; & idè etiam figuram habent, memoriæ autem formæ indiuiduæ sunt.

15. De conuulsione.

Quæ in membris anterioribus est & superioribus, & pauci motus à neruis cerebri ortum habet, hi autem septem paribus comprehenduntur. Si verò in posterioribus aut inferioribus partibus à collo, aut magni motus à neruis orientibus à spinali medulla. Fit autem ab humore, & à siccitate, & causæ quæ præcesserunt docent cuius generis sit, & habitus corporis, & omnis conuulsio est cum motu & absque cognitione, & ortum habet à cerebro, nisi sit ex consensu inferiorum.

16. De Tentione.

Hæc similiter fit in neruis, & totidem ex causis quot conuulsio, & ortum habet à neruis & est quæta, & mens constat, id est si in tentione motus accidat, conuulsio imminet: & si mens turbatur, æger est prope mortem, & tentio vniuersalis toti corpori est necessario, & principaliter in parte posteriore, nec communicatur toti corpori, nisi ob magnitudinem affectus, quia origo neruorum est à parte posteriori. Incipit ergo prius semper opisthotonos, inde transit ad tentionem, & est deterior, vt dixi: Em. prosthonotus autem non inuenitur in toto corpore, sed solum in partibus faciei, quia nerui cerebri non pertingunt eousque. Et quæ est cum motu, est media conuulsio.

17. De Comitiali morbo.

Duplex est opinio, vel quòd à crasso humore, vt Galenus, vel quòd à spiritu fiat, vt Auerrois conueniunt quòd in ventriculis cerebri non prorsus impeditis: nã fieret attonitus. At via simplicior omiſſa propter veritatem, & facilitatem Galeni opinione, vt sic distinguamus: vertigo fit à vapore occupante partem ventriculi, comitialis ab occupante totum: apoplexia, seu attonitus à materia occupante ambos ventriculos. Si verò vnum tantum resolutio: quia per alium stat vita, si autem non plene paraplexia, quanquam Galenus velit apoplexiam fieri ex materia in substantia cerebri non in ventriculis contenta. Hæc dispositio expedita est, & experimentis ac rationi satisfaciunt. Et de statu quidem vidimus expressè in Francisco Corio cum manifestè ascenderet per crura tanta multitudine, vt videretur fons quidam, aut canalis magnus ad hunc effectum à natura fabricatus, conueniunt authores in materia quòd ex melancholia aut pituita crassa spiritus ille gignitur, sed & de solo, aut enim ex ventriculo, aut ex aliquo membro alio, aut ex ipso cerebro defertur spiritus tanquam materiam sedibus. Quocirca demiror quomodo Galenus admittat comitalem morbum fieri ex materia quæ alibi genita sit, & secundarium esse, deinde omnem comitalem esse credat ex materia. Sex ei morbi similes, sunt, tentio & resolutio, attonitus, & deprehensio, sed in his constat ratio, & motus non adest, & in attonito spiratio magis læditur, & difficilè soluitur. Vertigo, sed in illa ratio & sensus manent, & motus voluntarius, conuulsio hæc valde similis est ei, sed non soluitur per spu-

mam in ore, & sæpius copulatur febris, & maiores motus habet, & in comitiali partes vtræque anterior & posterior contrahuntur, & post accessionem non admodum perfectè liberatur conuulsus, vt qui patitur comitalem: & comitialis fit subito, & conuulsio sensim, & comitialis mutatur per totum corpus, & conuulsio hæret quibusdam membris magis, vtpote brachio vel facie: & differt ab hysterica passione, quia in ea non aboletur ratio tota, & neque spuma adest aduenit, & causæ eius notæ sunt, vt in viduis. Et differt à lethargo quòd cum comitiali non est febris, neque pulsus est plenus vndosus, & soluitur per spumam lipothymia (nam syncopis pulsus defectum habet, & manet immobilis) motum intercipit in cæteris valde similis breues etenim & ipsa accessiones habet. Signa specierum ex sensu habentur: item ex parua capitis læsione. Et quæ est ex ventriculo difficilè cognoscitur, & ex signis communibus dictis, & à lædentibus atque iuuuantibus, in his enim in quibus mouetur è ieiunio, aut ira ex ventriculo originem ducit, contingit etiam ex frigida vel sicca intemperie contractis ventriculis, sed hoc ex venenis, aut morituris. Est & morbus sacer cum febris adest, & anhelatio, & morbus magnus cum tremor & sudor. Ob hæc cum sit triplex primum, Sacer morbus seu mater puerorum qui occidit, & comitialis, qui non occidit, & conuulsio quæ est sine febre, & media est, rarius tamen aduenit, vt hæc diuisio est, propria ei: alia communis cum insania triplex etiam à cerebro, à ventriculo, à toto: alia communis omnibus fermè morbis sumpta, ab humoribus autem quatuor sicut in vniuersum species x x v i quas si à primis differentiis sumas facilè distingues. Deorum enim cognitioni assimilatur aliter fermè nunquam assequeris.

18. De Vertigine.

Signa si ex primaria cerebri affectione contingant iuxta Archigenem capitis grauitates, & dolores, & aurium soni, tum vel in olfactu, vel in oculis, vel in lingua læsio accidit: si ex ventriculo morsus nausea, aut flatus erumpunt: si ex reliquis partibus pulsus agitatio, & titillationes. Sunt eius tres species cum quis absque causa titubat, vixque subsistit ne cadat: quæ leuior est, cumque omnia circumuerti videntur, aut obrebrantur, & cum vtrunque. Circunuolutio fit ob vaporem delatum ad oculos, vel ex cerebro, vel ventriculo concitato, & insueto motu tenebræ cum niger fuerit. Est igitur morbus oculorum. Si autem absque motu delatus vapor sit, imagines parit, est verò cum circunuolui videntur, sed oculus non hæc cernit, atque hæc est vera vertigo, & morbus cerebri non prima. Ergo cum quis absque visione vlla casui proximus est, initium est vertiginis: non enim vapor ad oculos, sed ad cerebrum delatus est: adest autem motus ille violentus, hæc autem non prodita (vt morbi valde diuersi natura ac potestate) inuicè confundatur.

Primus

Primus enim initium est suffusionis, seu à cerebro, seu etiam à ventriculo (sed & hoc ignorarunt antiqui) secundus autem comitialis morbi vel à cerebro, vel à cerebro, vel à ventriculo.

19. *De capitis doloribus.*

Cum in toto est cephalica, cum in medietate hemisphæra, cum in parte ouum. Cum in particula parua clauus. Inde considerare oportet si ad tactum sentiatur, extra est, si non, intus: si ab intemperie, sensum fit, si à vapore, repente. Qualitas etiam doloris si in tenui membrana, acutior, si in crassa, hebetior. Considerare oportet & grauitatem quæ materiam ibi adesse significat. Tum vero calorem frigus causas antecedentes, & à quibus iuuantur aut læduntur, colorem faciei, oculorum, sternutationes, & somnos ac vigilias.

20. *De Attonito morbo.*

Cum iacet homo tanquam mortuus sine sensu & motu, & repente id contingit, & respiratio læditur, tunc est morbus attonitus. Et si respiratio maneat, & aliquis motus, adest stertor. Et alius per se contingit, alius succedit morbo comitiali, & si non desinit, interficiet: si desinit, facilius & citius priore dissoluitur. Et futuri obliuio stoliditati similis, & capitis dolor vehemens.

21. *De Resolutione.*

Hæc est dimidiæ partis priuatio sensus & motus, absque dolore, & stante ratione. Hæc etiam triplex est: alia incipit. Sunt igitur modi lxxiiij.

22. *De Paraplexia.*

Hæc est diminutio sensus & motus magna in aliqua parte, absque dolore.

23. *De Stupore & Tremore.*

Hic est diminutio sensus, & plerumque etiam motus alicuius partis cum dolore obtuso. Tremor autem fit ab imbecillitate virium. Hæc autem vel defectu spirituum, vel materia, vel anima hæsitante.

24. *De Trifone oris.*

Hæc est species emprosthotoni, & est cum dolore. Et pars laborans fit breuior, & si fit species resolutionis, est sine dolore, & pars affecta est longior. Ad hanc vero partem latam pauci nerui, inquit Galenus, ex quinta cerebri coniugatione veniunt, reliqui omnes à vertebra cervicali.

25. *De Lycæone, seu Lycambropia.*

Hæc est melancholiæ quedam peculiaris species, noctu enim domo egressi lupos in omnibus imitantur. Et donec dies illucescat circa defunctorum monumenta plerumque vagantur. Hæc comites ipsorum notæ sunt: facies pallida, oculi ad videndum imbecilles & sicci, lingua aridissima, nulla in ore salua, sitis immodica: ibiæ, quod frequenter impingant, exulceratæ aded vt sanari nequeant.

26. *De Amore.*

Iuvat hoc scire, nam frustra huiusmodi homines auxiliis communibus curauerit. Quinto Brasiliatus, vt auctor est Galenus, sanauit Antiochum Regis filium: laceratusque est hac cura. c. Talenta, id est, aureorum conatrum. lx. M. Oculi conca-

ni non illachrymant, sed tanquam voluptate pleni apparent. Continens palpebrarum motus, & cum reliquæ corporis partes non collabuntur, soli hi amantibus concidunt, Pulsus ipsorum proprie nullus est, vt quidam opinati sunt, verum qualis eorum deprehenditur qui cura conficiuntur. Cum vero id quod amatur in mentem ipsis vel auditu, vel visu, & præsertim repente venerit, tunc pulsus animo turbato contingit immutari, neque naturalem æqualitatem, neque ordinem retinere: Dico multis lachrymæ vberes excidunt, atque his potissimè qui iam potiti sunt.

27. *Morbi cerebri in compositione.*

Horum quidam sunt cum materia, & hi facilius sanationis: namque materia subblata desinunt: qui materia carent, in his opus est mouere iam morbum. Signa quod vbi materia deest, necesse est aliquam adesse causam externam, velut vulnus ictumve aut casum, inolationem, aut calorem immodicum, aut frigus. Qui vero ex materia accidunt, alij ex flatu, alij ab aqua, alij ab humoribus simplicibus aut complicatis, quorum mitior natura est sanguis, sed quoniam extra venas est, deterius redditur tunc pituita. Pituitæ autem morbus minus sanus quam flauæ bilis, sed longior: flauæ bilis contra: melancholiæ deterius, & periculosior & insanabilior. Aqua autem si membrana peculiari non contineatur, proxima est pituitæ, & minus noxia quam humor crudus, si peculiarem habeat vesicam qua contineatur, nonnunquam repente interficit. Signa pondus & frigitas. Et quælibet materia bifariam afficit, vel sparsa, & tunc æqualiter afficit: Minore dolore excitat, & febrem: & tardius purefcit. Collecta omnia efficit contaria. Et quilibet horum morborum, aut fit in membrana dura, & videtur os capitis affici: & cutis exterior: & pondus est maius. Reliqua sunt minora febris, dolor, vigilia, delirium: aut fit in membrana tenui, & dolor est quasi in medio quo ad altitudinem, & est deterius, & symptomata sunt grauiora. Aut accidit in falce, & est in cerebri medio quoad latitudinem, Et dolor tendit ad inum, & omnia symptomata sunt grauiora. Et quandoque sentitur pulsatio, & cum tumor includit, aut tangit arteriam aded vt sentiatur pulsatio, tunc etiam pulsant arteriæ illi coniunctæ in omnibus, & ided hiseriam pulsant tempora, & periculosior morbus. Periculosissimus autem in substantia cerebri, & dolor penè nullus, nisi grauitas: Et oculi contrahuntur, & pedes refrigerantur, & facies fit liuida, & scias quod morborum magorum signum est non posse videre splendores, aut audire voces nisi remissas: idem in saporibus & odoribus, sed minus, aut significant cerebri imbecillitatem, aut vtrunque.

28. *De flatu seu vaporibus.*

Vapor est crassior flatu, & raro flatu inuenitur in corpore humano. Et non est res quæ magis imponat medicis flatu: quoniam & dolores sæuos, vt humor acris, excitat, & tumores vt abscessus. Et strin-

git pectus vt pituita, aut tuberculum, & mouetur vt vermis, & pungit vt lapis, & nauſeam mouet vt bilis, aut humor corruptus in ventriculo, & titubare facit, vt morbus cerebri, quamuis fit in ventriculo, nihilominus eſt cum leuitate, & facile mutatur tempore & loco. Et raro aſſociatur febris magnæ: Et adducit crepitus, murmur, eructationes, ſternutationes, alices & oſcillationes. Et Galenus exiſtimat quod flatus fiat à calore debili non tamen profluſus extincto. Ego autem puto neceſſarium eſſe etiam præter naturalem.

29. *Inflamatio.*

Dolor maximus & diurnus: Robur in facie cum tumore molli. Caput intumeſcit: Oculi ſunt emiſſicij: Præterea nauſea & bilis vomitus.

30. *Eryſipelas.*

Cerebrum & caput vri videtur, facies frigida & ſubpallida, Os ſucceſſit.

31. *Phrenitis Arabum.*

Hic eſt abſceſſus in cerebro vel membranis ex bile ſua. Et ſigna communia initij ſunt febris acuta valde ob membrum & materiam: & rigor in principio, propter propinquitatem ortus neruorum, & facies multum à naturali mutata, quia bilis cerebro valde aduerſatur, & frigus extremorum ob calorem capitis vehementem, & vigilæ ob naturam humoris. Et mentis perturbatio, ob mutationem temperaturæ cerebri & vehementum ſpirituum motum. Et vrina tenuis & aquoſa, & fæces albæ vt plurimum. Quod ſi ſit in membranis, dolor eſt magnus, & pulſus durus & inæqualis valde, ac paruus: Et ſi in cerebro, dolor exiguus cum parua grauitate: Et pulſus mollis & valde paruus, & oculi ſunt caui. In incremento facies tumet, & oculi ſunt ſanguinei & ſicci, & cum lachrymantur vel alter eorum, & aſpectus ſit toruus, & ex nare altera modicum ſanguinis. Huic ſi calor exuberet, & obliuiſcuntur & alte respirant, & ſunt iracundi, & abhorrent radios. Et delirium perpetuum, & lingua ſit arida & aſpera, & colligunt feſtuſcas oculis clauſis. Et cum morbus tendit ad malum, vrina ſiuit iſtis ſentientibus aut non ſentientibus, & dentibus ſtrident & tremunt, & cum profluſus tendunt ad intumescit, coma vigil: eos inuadit: Reſpiratione manifeſte læditur: Vrina denigratur, & corpus refrigeratur & ſupinum iacet.

32. *De ſignis Phrenitide.*

Febris acuta praua, cum alio valde aſtricta, & obliuiſco, & triſtitia ſine cauſa, & dolor capitis cum grauitate, & vigilæ cum ſomnis turbulentis, dolor faciei malus, & dolor iuxta Athlanticam vertebram.

33. *Signa quæ diſtingunt phrenitidem ab abſceſſu in ſeptoribus ſuperſo.*

Adiunt ſerme omnia ſigna morbi lateralis. Delirium non eſt adeo continuum nec furioſum, & alleuiatur, cum febris mitteſcit: Oculi non adeo permuſantur, & calor eſt magis circa pectus, & coctæ mendolæ ſuperius trahuntur, & ſpiratio inæqualis redditur.

34. *Phrenitis Græcorum.*

Hæc eſt inflammatio ſola abſque colle-

ctione. Signa febris acuta quæ mitis videtur: Vigilæ cum ſomno turbulentis: Delirium. Obliuiſco: Oculi ſanguinei magis quam in priore, ariditatem & cum lachrymis: lingua aſpera, ſanguis à naribus ſiuit: Floccos colligunt: pulſus exigui, languidi, duri, reſpiratio magna & rara, Et ex hoc genere eſt morbus quem Hippocrates vocat ſecundo de morbis febrem interſcitem.

34. *Lethargus.*

Lethargus ſit à pituita congregata in cavitatibus cerebri, & putrefacta. Et ſigna ſunt febris lenta, cum ſomno profundo: pulſus magni, rari, vndofi: reſpiratio rara & imbecillis, obliuiſco, ſtupidi: vrinæ turbulentiæ: ſæpe febrem horror antecedit ob cauſam dictam in phrenitide: Oſcillatione multa: deſcenſus ad pedes cum in phrenitide aſcendant, cætera omnia pituitoſa. Sudor quandoque adest inutilis circa ſupremas partes, & cum abundauerit, interſcitem: quia vires deſcendit. Et ventura ſigna ſunt, tremor capitis, & pigritia, & grauitas.

36. *Signa quæ Lethargum à caro diſtingunt.*

Caro ſequitur ad febrem, febris autem ad lethargum. Et ipſa febris in lethargo eſt minor: & caro ſeu ſapor alias etiam cauſas, vt dictum eſt, ſubſequi ſolet. Vnde duplex eſt & homonymum. Et quandoque ſit à materia pituitoſa putrefacta, & quandoque ſine materia. Et in caro eſt maior mutatio pulſus & rationis cum expurgantur, quam in lethargo. Et caro ſæpe accidit in initio febrium intermittentium, & generaliter lethargus ex materia ſit, caro potius ex vaporibus.

37. *Lethargus & grauedinis diſcrimen.*

Differt etiam à grauedine quæ cum febre eſt, & ſi putrida non ex materia quæ grauedinem efficit. Et materia illa ſecreta eſt ab alimento, aut congeſta ex vaporibus non à ſanguine conuerſa. Et in grauedine perpetuo ſeparatur & deſiuit, in lethargo manet atque putreſcit.

38. *Catochus, ſeu ſibars.*

Conſtat ex ſua bile, & pituita putreſcente, vt ſit compoſitus ex phrenitide & lethargo. Iacet æger ſupinus extenſus, facies ſubtumida luet & ſubtrita eſt: Et gena ſuperior quaſi conuulſa, vt non conuulſuere poſſit. Reſpiratio quaſi nulla. Pulſus exiguus, languidus, creberimus. Vrina & alius cohibentur. Hæc initij, ſi malum ſciant deglutiendo ſtrangulantur. Et exit potus per nares: Reſpiratio læſa eſt valde: per vigilium continens, vrina ſupprimat, ſudores erumpunt. Facile ab hyſtericis diſcernitur cum illæ ſæpe febre vacent, & inelamanti attollunt oculos, & naturaliter iacent, & meminerunt vbi redierint. Nefcio quid in mentem venerit Galeno cur diceret quod in catoche magis aſſiciantur poſteriora capitis, in Apoplexia & comitiali vtraque pars, niſi vt diuſionem æquatam faceret nam in caro diei anterior, cum tamen in catocha reſpiratio parum lædatur aut nihil, quæ per neruos poſterioris partis cerebri ſit.

Oculi

Oculi autem ipso teste maneant aperti, quod vitio anterioris partis celebri necessario accidit, sed de hoc supra dixi.

39. *Abscessus melancholicus.*

Hoc similis est priori, aded vt quidam catochum huic tribuerint, & mirum est quod si hic non est, non videntur authores eius mentionem fecisse. Dico ergo quod cum in febre lenta adest Coma vigil. cum dolore leui capitis & grauitate: Deinde ad Catochū tendit, iam collecta est materia melancholica in cerebro vel membranis: & delirant per interualla, & decubitus supinus est. Et Catochus, quæ succedit in fine febrium, fit resoluta parte tenuiore, & est ex hoc genere. Et catochus ex melancholia differt ab eo qui est ex pituita, & bile flaua, quia facies est nigrior sine rubore, & corpus est frigidius, & pulsus minor vt sit quasi capillus, & non sudat, & febris nulla, aut occulta, aut exigua, & longa præcessit. Et ego vidi eum sæpius.

40. *Aqua.*

Signa eius quæ supra duram membranam est grauitas, lachrymæ assidua, & oculos claudere non potest, tumor in cure prominet, qui non facile tactui cedat, & se condit infra dolor vehemens: frons ipsa exterius producitur. Nullam recipit sanationem peculiarisque est infantibus.

41. *Cerebrum occupatum.*

Contingit ex vino, & est minus malum. Signa dolor acris, & quod obmutescit statim. Hic acutior est sequentibus, vt qui intra tertiam diem occidat cum alter intra septimam, Sed plures tamen ex hoc euadunt, maximè si ex ebrietate contingat. Hic & duo sequentes sunt Hippocratis.

42. *Cerebrum concussum.*

Cum cerebrum colliditur vt in septima Aphorismorum signum est à causa. Inde ex secundo & tertio de Morbis. Dolor caput tenet & ad spinam descendit, Aeger non audit, frigus descendit ad cor, & ex illo ad caput deuenit, totus intumescit, & voce priantur, facies liuida sit, febris cum rigore apprehendit: Derepentè nouus sudor fluit, & per nares sanguis, vomuntque multi.

43. *Cerebrum corruptum.*

Dolor ex ceruicis neruo ad spinam tendit, & ad cor frigus descendit, sanguis perfluit & sudor repente, pluribus etiam vomitus. Moritur vt plurimum intra tertium diem. Acutiorque est præcedenti, ided si producat, paululum potest euadere, seu quia non perfecta sit corruptio, seu quod natura potuerit separare, inde viam inuenerit expurgandi quod corruptum est.

44. *Vulnus celebri.*

Si cerebrum membranave eius vulnus accepit, sanguis per nares. Quibusdā etiā per aures exit, fereque bilis vomitus insequitur. Quorundam sensus obtunditur appellatique ignorant, quorundam trax vulnus est, quorundam oculi quasi resoluti huc atque illuc mouentur, fereque tertio vel quinto die delirium accidit. Multorum etiam nerui distenduntur. Ante mortem autem plerique facias, quibus caput deligatum est, lacerant, ac nudum vltus frigori obiciunt.

Tom. VII.

45. *Medulla Spina vulnerata.*

Medulla quæ in spina est distilla, nerui resoluuntur aut distenduntur, sensus intercedit, interposito tempore aliquo, sine voluntate inferiores partes vel semen, vel vrinam, vel etiam sterces excernunt.

46. *De latione olfactus.*

Hæc fit vel in narium meatu, vel in ossè pumicoso, vel in neruorum propagine minori tertij paris, vel in processibus mollibus cerebri iuxta neruos concauos visorios, & si nihil deriuatur per nares, erit obstructus meatus, & intemperies quæ lædunt hunc sensum, sunt frigidæ aut humidæ.

47. *De cæcitate.*

Hæc contingit oculis incolumibus, obturatis neruis cauis qui sunt primi paris aut scirrho, aut inflammatione, aut fluxione. Si verò vitiatum sit membrum proprium, scilicet cristalloides, in qualitate, tum maximè quod humor lucidus non sit, id euenit, quoniam alimentum melancholicum est & ficius, aut aquosius quàm par sit, neque enim spiritus visiuus in aqueo humido viuare potest. Sin verò non in illo, vitium erit inter corneam, & ipsum obducta nebula, vt in suffusionibus. Et suffusionis initium plerunquæ à cerebro est materia per cauos neruos descendente. Veruntamen & qua ratione fiunt imagines ex vaporibus à ventriculo ascendentibus, eadem etiam & ab illo suffusiones: rarius tamen consistunt vapores, quàm humor per tot media dilatus, nam super araneam tunicam constat fieri suffusionem. Ergo non per cristalloidem materiam suffusionis deferretur à cerebro, sed per tunicam: per cavitatem autem & vapor qui ex ventriculo, & humor, qui morbum efficiunt guttâ serenam, quod cæcitatatis genus ex ipsa generatione insanabile est. Vt sint tria genera totidemq; morbi quibus hominibus cæcitas aduenit, non duo tantum: Aut quoniam corneæ pars, quæ pupillæ obducitur, crassior & obscurior facta sit: vel in decrepitis senibus quocirca acuto gladio, aut seta caudæ equinæ detergi solet. Quartus morbus cæcitatatis causa rhagoidis, id est, vnuæ contractio, dilatatione ea deterior, maximè præter naturam. Contingunt & morbi manifesti, velut inflammationes, vlcera, cicatrices, albugines, quæ visu deprehenduntur: at de his loqui propositum non est.

48. *De Imaginibus.*

Suffusiones & imagines in quibus nihil videtur in oculo, & si vterque oculus eadem patitur: & si inæqualiter per tempora afficitur: & si vitia in ventriculo apparent, hæc omnia ab illo imagines fieri ostendunt, cõtraria vitio cerebri & oculi, & similiter à si hiera picra nihil inuenitur: sunt & qui propter cerebrum laborant, vt in phrenitide talia videre se putant. Quod si oculo vno compresso alter dilatatur, aut demitti potest: si non, neminem quamuis nobili artifice sanatum ait Galenus.

49. *De oculorum malo situ & motu.*

Si oculi immobiles sint (dicit Galenus) secundum par neruorum ad oculos venientium affectum est. Cum verò bifariam musculi afficiantur, contractione ad suam originem,

H 3 ginem,

ginem, aut resolutione ad contrariam partem, velut si oculus declinat ad angulum interiorem, vt in strabis accidit, vel mulculus exterioris anguli resolutus est; vel interioris conuulsus. Quod si prolabatur omnino resolutis his, qui eum continent, neruis, cauos necesse est distendi, minusque hominem videre. Et si nimis prolabantur, cecitare prorsus insanabili laborare.

50. *De Palpebrarum situ.*

Quæ inferior est, immobilis est, & ob id non nisi vlcere aut inflammatione vitatur, in superiori eadem dicenda, quæ de oculorum situ ac motu, nam vel resoluuntur vel conuelluntur. Discrimen resolutio fit sine dolore, pallet locus, non tumet, repente fit.

51. *De Aurium vitis in operatione.*

Oculorum sensus tenuissimus est, dicit Galenus: Sed Aurium proximum vt olfactus, post illum inde gustus, tactus autem obtusissimus. Ergo auditus læditur vel ob tinnitum, vel quia obtusior redditur. Et tinnitus fit à vapore, qui intra tympanum colligitur: & quandoque extra ex consuetudine magnorum sonorum: Intus autem & à cerebro & à ventriculo, sunt enim foramina intra os quæ ad aures permeant, quocirca voces per os exceptæ, & per lignum dentibus prehensum, audiuntur. Surditas autem fit & auditus grauitas, vel ob meatum obturatum aut tinnitum, vel ob crassitiem & duritiem tympani, vt in senibus, vel rupturam eius: vel ob neruum auditus ex tertio pari, aut connexionem trium ossiculorum.

52. *De Auris dolore.*

Fit vel in tympano ob flatum, vel intemperiem, vel phlegmonem, & in musculis ob phlegmonem aut intemperiem: & in neruis ob materiam influxam aut intemperiem. Et in omnibus intemperies est frigida, calida enim si tumorem non afferat, dolorem non mouet, nec reliquæ. Et signa sunt communia.

53. *De Lingua Affectibus.*

In linguæ affectibus præclare se gessit Galenus, nam cum ea laboret triplici affectu sentiendi, gustandi atque loquendi, gustus autem sit quidam tactus exquisitior, idè ambo hæc à neruis tertij paris cerebri habent, motum autem & loquendi facultatem accipit à neruis septimi paris ipsius cerebri: quo fit, vt mouere linguam, amisso prorsus tactu & gustu eius possit, sicut accidit Augusto Cæsarum amico nostro, vt contra amittere motum linguæ saluo gustu licet viciatis neruis septimi paris, non his qui à cerebro veniunt: quod longè frequentius quàm primum accidit, idque sæpe videmus: sicut & id quod lingua semisiderata fit: quod euenit vna parte spinæ, aut neruis ab ea orientibus læsis, aliis ex aduerso incolumbibus: isque redditur semisideratus, quod sæpius longè etiam contingit quàm quod ex vtraque parte, cum id vitium accidat solum in apoplecticis comitialibus & catochis, qui iacent vt mortui, hoc verò ex quavis causa resolutis: cum etiam peculiariter quibusdam lingua sic resoluitur, & tamen nihil aliud, quod & contingit per ignorantiam

aut alio casu inciso altero neruorum ramo qui ad linguam ex ceruice tendit. Quæ verò adiicit verba huiusmodi. Quod si namque anterior aliquando sola pars cerebri afficitur, supremum ventrem ei sentire necesse est, atque cogitandi actiones quoque vitari. Et qui ita affectus est, neque sensus neque motionis munere fungitur, spirandi tamen facultas haud quaquam læditur: vocaturque hic affectus Caros. Hæc si, vt sanant, intelligantur, falsa sunt: lædi enim potest cerebri anterior pars sic, vt oculi & olfactus & lingua non fungantur sentiendi munere, nec tamen ventriculi anteriores, quod aliquando vidimus manente etiam dia affectu, sed ita legi debent verba. Quod si quando anteriorem partem totam affici contingat: ventrem cerebri anteriorem lædi necesse est. Vt non solum addatur totum, sed (omissa sermonis elegantia, quam in continuatione constituit) sermonem manifestè ex linguæ symptomatibus traducat ad cerebri affectus. Et communicat lingua cerebro per materiam: pulmone per vapores: ventriculo per tunica: iecori per venas: cordi per arterias: totque modis colores fœdi & substantiæ variatur. Vnde qualitas mutata significata. Quod si malus sapor sentiat, talis humor in ea vel in ventriculi ore imbibitus est, sed sufficit etiam ex eis consensus, nihil enim prohibet transmitti quicquam per medium, quod qualitatis eius, vt sensilis est, non est capax.

54. *De Neruorum cerebri distributione.*

Primum autem pars neruorum ex cerebro sensum oculis largitur, vocantque obtici, ab effectu: canique sunt & valde magni: Secundum oculis dat motum: Tertium præbet sensum naribus, linguæ, dentibus & gingiuis, pluribusque oris partibus & labris: Quartum palato: Quintum auditui: Intermedius inter quintum & sextum par ad mandibulam inferiorem. Sextum dat sensum laryngæ, ventriculi ori, vt ventriculo ipsi, iecori, cordi eiusque inuolucro, pulmone, costis, omento, duodeno intestino, vesicæ fellis, renibus, lieni, mesaræo, vesicæ. Vt non miremur in cæteris si cui quodammodo omnia, aliis ferè nihil tribuatur, & munerum & miseriarum. Septimum pars musculis, linguæ ac laryngis motum præbet: quod durius sit: & in posteriore parte cerebri oriatur, cuius maior pars, imò totum ferè, commiscetur sexto, & cum illo ad inferiora descendat. Atque hæc à Vesalio clarius habentur descripta.

55. *Angina.*

Quadruplex est, cynanche, synanche, para cynanche & parasyanche. Synanchem dicimus cum fauces (id est communis locus gutturi & gulæ) inflammantur: quæ proprie Angina est. Cynanchem cum gutturis tunica & musculi. Parasyanchem cum iuxta fauces. Paracynanchem cum extrâ omnino. Quintum additur Quarto de locis, cum luxata in anterioribus verbera comprimuntur gula aut eius musculi vel gutturis, & æger ob id videtur suffocari. Omittit autem paracynanchem, vt sint in vniuersum anginae sex genera, nam non synanche ipsa, sed potius secundum

secundum genus videtur descriptum à Galeno quod ab Hippocrate commemoratur in Aphorismo. Atque idem in tertio Prognosticorum dicente. Quæcumque nec in ceruice nec in faucibus conspicuum aliquid efficit, plurimum verò doloris infert, ac spirationis difficultatè, quæ non nisi erecta ceruice trahatur, hæc eodem die auctiusque ad quartum ad summum strangulat, in hac nulla luxatio fit, vt fit aliud genus in quo accidit luxatio vertebrarum. Et ob id dixit Hippocrates; si à febre habito collum perueritur, & vix potest deuorare, lethale est. Manifestum est quòd huiusmodi ægris contingit resolutio in partibus inferioribus; quæ si contingat, luxatio facta est. Vnde Galenus etiam meminit eorum quæ scripsit Hippocrates in secundo Epidemiorum, vbi inquit: Angina cuidam accidit sub ea vertebra quam dentem nominant, verum non adè acuta quibusdam verè ob rotunditatis magnitudinem conspicua, fauces autem vt ea vertebra quæ dens dicitur (est autem processus dentiformis secundæ vertebræ qui caluarie dearticulatur vt caput antrosum retrorsumque deducat. Nam super prima aut immobili iacet aut ad latera tantum mouetur) inflammatione minimè laborabant. Quibus ergo tumor reclusus fuit neque aquam resoluti sunt, atque hi omnes superstites manserunt, quibus vero luxabatur vertebra ab ea parte, à qua luxabatur resolutio non totius corporis, sed duntaxat vsque ad manus resolvebantur; meminit etiam his verbis: Colli verticula introuergebant; quibusdam amplius, quibusdam caput, & collum forinsecus conspicuam cauitatem intro habebat, & hac parte ad contactum dolebat. Concludendo ergo dico quòd in Angina vera non fit luxatio vertebrarum; deinde quod in angina vera necessaria est febris acuta: & quòd synanche deterior est quæ circa secundam vertebram fit quam quæ inferius. Anginæ ergo proprium febris acuta, strangulatio vehemens in spiratione, absque aliquo signo externo prorsus, luxationis verò vertebrarum resolutio tum tumor, vel cauitas, vel inclinatio. Cum enim locus ille non sit propinquus membro principali, nec facile corrumpatur, non interficit nisi strangulando: strangulantur autem facile, sic igitur erunt sex genera anginæ. Verum quod synanche vocatur, & est inflammatio in faucibus, & vocatur synanche, & cum sine causa strangulantur, & nomine caret: & cum inflammatur tunica & musculi gutturis, & vocatur cynanche: & cum inflammantur musculi propè fauces, & vocatur paracynanche. Et cum à vertebra luxata comprimitur gula, quæ proprie est compatiens etiam sæpe gutture, & nomen proprium non habet: & cum glandulæ inflammantur ex quibus fauces per consensum læduntur, & vocatur paracynanche. Non pigebit autem adiacere singulare quod Galenus narrat: scilicet tertiam coniugationem nervorum dorsalis medullæ misceri cum tertia coniugatione nervorum à cerebro descendenti.

56. Gibbus.

Cum vertebræ exterius luxantur, non ex acuto morbo fit Gibbus, si ad interiora lardolis species, alia fit etiam in vtrunque partem quam vocant obliquam, primam proprie vocant incuruationem etiam; fit & quandoque vtrunque quod tamen difficile est; vidi nuper in puella nobili annorum circiter decem obliquitatem in latus, seu genus illud quod vocant obliquam, erat autem spina dorsalis obliqua sicut anguis, referens S, literæ imaginem. Hoc volui adiecisse quod ad intellectum præsentis loci facit. Proponit ergo tria Galenus, primum noxa quæ accidit spinæ, vel est per se, vel non per se, sed consequentia quadam noxam per se vocat abscessum seu inflammationem, seu intemperiem, in hac si contingat fieri resolutionem, seu ex vna parte, seu ex ambabus, necesse est omnia membra, quæ sunt infra illam partem spinæ quæ resoluta est, resolui, seu ex vna parte tantum seu ex ambabus. Si verò noxa sit ex consequentia tantum, velut in gibbositate in qua spinæ dorsalis non patitur aut parum, sed nervus qui facta luxatione obliqua, seu ad vnam partem opprimitur ab ea parte in quam spina deflectitur, quoniam vertebræ magis constringuntur, ex opposita autem nervi nimis distenduntur, idè in hoc casu cum spina dorsalis seu medulla non sit affecta prorsus, sed nervi tantum ab ea orientes, & ob id resolutio non fit nisi in membris quæ recipiunt nervos è regione partis medullæ læsæ. Sic ut in exemplo priore, in quo ob luxationem vertebrarum colli tantum manus resolvebantur, & non inferiora membra; hoc etiam fit minus, inquit, si luxatio fiat sensim aut si fiat intus vel extra; & in lumborum vertebris minus quàm thoracis, & thoracis quàm colli; quia in ceruice vertebræ inter se connexæ æqualiter conferunt foramina, vnde nervus prodit, sed in thorace magis confert foramen inferioris vertebræ, & longè minus in lumbis, qui ergo noxam patiuntur per se in medulla spinali, his omnes partes inferius resolvuntur, & quanto noxa fuerit maior, & aduentus repentinus: qui verò noxam patiuntur in nervo tantum, vt in gibbositate, & obliquam, id est, in latus; hi patiuntur resolutionem solum in parte quæ est è regione vbi nervi læsi sunt, si vel læsio magna sit vel repentina, vt in angina, in qua vertebræ luxantur ad latus: si verò luxatio vertebrarum fiat sensim vel etiam repente, sed intus aut extra non in latus, his nullà contingit resolutio, ob hoc ergo qui fiunt gibbi per casum aut iactum, si fiant obliqui, resolvuntur; si autem incurui aut repandi, non resolvuntur, quia tamen si repente fiat non est obliqua luxatio, qui verò sensim fiunt gibbi, & si obliqua sit luxatio, non resolvuntur, quia non repente facta est: quæ verò sensim facti sunt incurui aut repandi, nullam patiuntur resolutionem, tum quia sensim vertebræ luxatæ sunt, & interim spinalis medulla, quæ mollis est, potest extendi, & ita nihil passa est, tum quia luxatio recta est in qua nervi neque comprimuntur.

tur neque iusto plus extenduntur. Ex quo concluditur quòd in luxatione recta graui, & repentina poterit contingere etiam resolutio, quia licet in Angina non fieret, contingit hoc, quoniam ex tribus conditionibus quæ faciunt ad resolutionem, scilicet, quòd sit repentina, magna, obliqua, non aderat nisi prima; si verò adsit & secunda, vt in vehementibus ictibus aut casibus, tunc resoluentur membra inferiora aut saltem quæ sunt è regione. Vertebrae autem luxantur quatuor modis, aut casu, aut ictu, aut crudis tuberibus, aut materia sensim influente; quamuis hæc non vt in proposito Galenus omiseris, cuius hoc est præstantissimum sanè inuentum.

§7. *Spiratio mala.*

Spirandi difficultas magna cum totus thorax mouetur ante iugulum, post ad scapulas à lateribus ad epomidas motus ascendit. Fit autem vel ex calore nimio, scilicet necessitate, vel ab angustia ab instrumento; vel ubi facultatis imbecillitatem à viribus. Calorem nimium declarant per se tactus partium pectoris, exspiratio multa, densa & quæ ex ostendo fiat, & præter reliqua calidior. Et pulsus magnus, velox, frequens. Adiciuntur his signa ex Oculis, facie, lingua, siti, ardore ægri. Vbi verò ob imbecillitatem totius, vel capitis solum, aut spinæ ad quam resolutio sequitur, aut septi transe, si (quia ipsum per se solum mouet pectus, cum secundum naturam spiratio fuerit, cum non sufficit, ab intercostalibus musculis adiuuatur) atque singula hæc bifariam vel ad nervos vel ad musculos pertinere possunt; Nec non quia aliæ non adsunt, vel ob spirandi modum, nam & parum dilatur pectus, & longior est inspiratio, & parum efflatur, & pinnarum contrahuntur. At si ex angustia fiat, thorax multum dilatur, nec pro ratione aer exit. Et signa repletionis sunt in faucibus aut gutture aut pulmone, vel pectore ex materia influxa, aut tuberculis aut inflammatione. Tuberculum à lentis humoribus stertore differt, si in asperis arteriis hi sint. A tenui fluxione aduentu repentino; nec febris adest, & sicut ob calorem inducitur difficultas spirandi, ita magna frigiditas in membris respiratori seruientibus, est causa difficultatis spirandi porior.

§8. *Composita male spirationes: & quædam alia peculiare.*

Commune quidem est spirationi malæ, si vel à calore vel ab imbecillitate fiat, vt totus thorax moueatur, & si in inspiratione pinnarum contrahuntur, id maximè imbecillitatis virium indicium est. Si autem inflammatio cum angustia societur, tunc surgere cogitur, sitque orthopnoea, similem tamen sortiuntur spirationem vbi in asperam arteriam materia multa confluerit, sed minime calida respiratio redditur. Si autem locus ille sanie repleatur, idem accidit, sed facillè strangulantur: quoniam nullius empyematici vires valide esse possunt, ob id & signa imbecillitatis & empyematis adsunt supra enarrata. At si tuberculum adsit

plurimum quidem dilatur pectus, sed & perpetuo inspirat & expirat, vt quies nulla adsit. Veruntamen paucus aer exsufflatur, & frigidus. Si verò talia non in aspera arteria, sed intra corpus pulmonis nec cum calore, sit respiratio celer & frequens: dilatur pectus multum, sed parum aeris attrahitur. Duplex autè respiratio magna cum pectus multum dilatur, & multum aeris trahitur aut non trahitur, quam ad distinctionem præteris sublimem appellat Hippocrates. Similiter & magna respiratio vera duplex: vna quæ fit cum auxilio musculorum superiorum: alia sine: Vtraque, si rara sit delirium, ostendit. Pauca verò celer crebra, cum virium constantia dolorem vel impedimentum in partibus membrorum respirationis, aut quæ cum eis mouentur, significat. Sunt autem ea epas, lien, ventriculus & gula. Membra autem respiracionis sunt pectus, septum transversum, Diaphragmæ, Cor, pericardium, Pulmo, & Guttur. Nam os est respiracioni seruiat, non tamen mouetur motu respiracionis: nequè quicquam ad motum iuuat. Cum dixi hæc membra, partes etiam eorum intellexi: velut musculos & nervos, & has præcipuè. Quæ autem immota non dolent, mota dolent, exiguum affectum nunciant, aut in parte minus sensibili. Si autem immota dolent, vtrunque, adest affectus, scilicet magnus in parte sensibili: si autem cum virium imbecillitate, plurimum calorem præter naturam & exiguum naturalem declarat, vnde mors imminet. Si verò frequens sit, & non celer laborem membrorum spiritualium: qui etiam cum dolore esse potest: sanè imbecillitatem facultatis. Exigua autem & rara, refrigerationem magnam cordis aut pulmonis: vnde in acuto morbo præsentem mortem. Si verò sensibilis quies ab inspiratione aut expiratione fiat, conuulsionem musculorum thoracis ostendit: tum calorem membrorum spiritualium, licet hoc videatur absurdum, quia calor deberet facere respirationem frequentem, tamen imago huius manifestè apparet in pueris plorantibus in quibus hæc tria sunt, calor & simile conuulsioni & quies in inspiratione, vt rectè animaduertit Thomas Vega, sed in his est spiritus reduplicatus: idèò dicendum quòd est duplex hæc quies, vna sine reduplicacione, & fit à conuulsione sine calore, aut cum reduplicacione, & significat calorem in membris respiracionis cum dispositione simili conuulsioni in musculis mouentibus pectus, sed verè in reduplicato vtraque quies fit in inspiratione: quoniam calor exigit longam attractionem, & muscoli non possunt dilatare pectus ob conuulsionem. Aut quia impeditur motus ab alio motu (vt in ploratu) qui sit constringendo cerebrum, etiam dixi quòd anima, cum sit indiuidua, non potest duo simul facere. Aut quia cogitur quiescere, aut in valde imbecillibus, calor igitur est causa multæ attractionis, conuulsio quietis, & idèò in pueris magis est euidentis, quia habent calorem magnum, facultatem animalem imbecillam & pectus angustum. Apnoea autem qualis in attonitis

nitis comitialibus catalepsi seu catocoe & sopore, declarat primum principium respirationis, id est, cerebrum esse refrigeratum. Hæc autem refrigeratio duplex est: vna quidem qualitatis eius exuberantia, altera virium resolutio: ideo inter illas distinguere diligenter oportet, & meminisse eius, tum neruorum, qui à medulla spinali oriuntur. In omni huiusmodi affectu, cum multa ab illis per se procedere possint, quandoque totum, in omnibus verò partem sibi vindicare. Cum ergo spirationis causæ, quemadmodum & pulsus, sint tres, facultas, instrumentum & finis: facultate super cerebrum, instrumento super pectus, sine supra cordis dispositionem significatum quæ his communicant: vt cerebro nerui, pectori lien & iecur, cerebro & pectori septum transversum: ideo ipsum maximam in hoc significationem habet: cordi pulmo & quæ circa ipsum sunt.

59. *Vox & sermo.*

Vox in expiratione consistit, hæc verò quinque se per ordinem habent: exspiratio, exsufflatio tacita, exsufflatio, strepens vox & loquela. Expirationis instrumentum est septum transversum, sed & per se etiam sit coincidentè spontè pectore, tum ob gravitatem, tum violentam extensionem, adiuvant etiam pectoris musculi, vt trifariam fiat, sed strepens ab intercostalibus præcipuè musculis fit. Vox autem à gutture & faucibus & membrana quæ gutturi & faucibus intus adhæret. Tum musculis præcipuè, laryngæ, inde gutturis. Tum neruis qui ad ipsos veniunt à sexto pari ab inferiori parte, vnde recurrentibus appellatis. Sunt etiam quædam quæ vocem moderantur, non efficiuntur. Vna, quæ gutturi superstat nam ea vitata, & præsertim præcisa, vox homo audiri potest: & nares vt in Polypo eorum, loquelam autem lingua & eius vinculum, Palatum, Dentès præcipuè anteriores & labra: Nec ignoro quosdam futuros ad eò impudentes quæ vitium narium ad loquelam referent: dicentes id voluisse Galenum & me per ignorantiam aberrasse, atque illius incuriam pro lege sibi statuent aduersus res. Verum neque pro hoc aliisque omnibus, quæ multa in melius mutant obiter ab eò scripta, quicquam respondebo. Cum ergo vitium aliquod incidit in voce aut loquela, cogita an ex propriis accidat instrumentis, an ex priorum ac illi necessariorum vitio? (nam ex posterioribus accidere nō potest: velut ex vitio labiorum non potest vox vitari: nec exsufflatio ob guttur aut musculos eius) inde ratione eorum perpendenti, & in dissectione naturalique Philosophia, tum maxime Dialecticæ exercitato, præsertim cum acumine ingenij, ex Mathematicis inventionibus confirmato, facilem habebis cognitionem: nam singula prosequi longum esset nobis, & periculis qui facilius inuenient admoniti diuisionis quam ex me discerent: & imperitis quos nullus labor docere posset vitiosus.

60. *Sanguis ex superioribus partibus vitiosus.*

Contingit vt è naribus & ex ore & ex au-

ribus. Sed hic nisi ex vulnere multus effluere non solet: & periculo caret, propterea quod ex venis citra tympanum eicitur. E naribus verò quandoque ex sanguisuga: inspicere igitur oportet nares in sole. Et quandoque ex ore fluit, & ob copiam transmittitur, & cum vomitus aut cussis adest. Aut à cerebro: periclitamur autem ex æquo ne illum qui ex ore fluit arbitremur è naribus, atque illum qui è naribus ex ore prodire. Eius ergo qui è capite fluit quem prætermisit Galenus quanquam aliquot ex eo mori viderim: Signa præcipua multitudo è naribus paucitas ex ore. Et quod sentit æger eius descensum in os. Et præcessit dolor capitis. Et alleviatur ab exitu: & pauca guttæ antea defluerunt aliquot diebus. Et quod guttatum venit non confertim strangulans. Demum si præcessit insolatio, aut grauis pilens aut versatus est in loco calidiore. Et omnis sanguis qui prodit è corpore, est vel ex vena vel arteria, & est calidior, tenuior, clarior, & exit cum maiore impetu, & est periculiosior: Et rursus omnis eiusmodi sanguis exit, vel quia resudat, vt in morbo laterali: vel quia ves apertum est: vel quia erosum, vel quoniam est fractum: hoc periculosius, præcedens insanabilis: duo prima periculo vacant. Qui ergo ex cerebro fracto vase prodit, omnino intestificat. Et contingit violentè ex casu aut ictu aut vulnere: vel sponte ob erosionem, & qui venit ab origine nasi, non facit vigilias, neque malum habitum aded. Et qui sit ex fractura vasis in cerebro, fluit etiam in vltima imbecillitate: & est magis refertus fibris, & non sedatur à frigore.

Sanguis autem ex ore quandoque venit à nasi initio, vt dixi vel cerebro, & à vetriculo, & à pectore, & à partibus oris, & à gutture, & à supræma parte isthimi, & ex ore, vt palato, lingua, mandibulis, gingiuis, dignoscitur visu: & est plerumque paucus, quamvis duo eruto: dente obierint ob multitudinem sanguinis: sed alter eorum erat dæcepitus, in reliquo fuit vas satis amplum in radice dentis, & laceratio magna.

Qui verò venit à gutture est paucus: & exit cum excreatione, & nonnunquam sentitur in gutture dolor. Si autem ex superiore parte isthimi, hoc fallit medicos vt etiam abcessus, & exit semiputidus, quia ex vlcere paucus sine cussi & vomitu: & non apparet signum in ore: Et diligenter inspicienti partes saltem circumuicina rubræ apparent.

At si cerebro accidat, in his evenit plerumque quibus nil è naribus prodit: & qui odorem non sentiunt: & ad sunt causæ antecedentes: & adest tum cussis, tum vomitus: & febris non succedit.

Quibus autè cum vomitu, his ex vetriculo educitur, modum alias, vt succrebat, docui, sed nunc diligentius. Quæ erit enim quis posset quoniam pacto postquam in duodenum transierit crumpat magis per superiora, quam inferiora, cum grauis sit: Et cur non potius etiam per alia intestina descendat, & præcipuè cum videamus excedere

quan

quantitatem cœventiarum: vt in sacra virgine quæ mortua est: & cœc. vt in p̄ncipe muliere de qua Brasauolus? Dico ergo quod primum ex arteria magna, quæ gulæ incumbit, exelsa, id accidere poterit: vt infra declarabimus. Et tunc nulla quantitas admirationi esse potest. Quòd si modo ex ventriculo prodeat, cōtinget iecore ad ventriculum per stelechiam transmittente, seu per venas, vt sit compositionis ratione. Cum venæ quæ ex eo prodeunt in imum ventriculi penetrant in secundam tunicam, & tunc ex impetu sanguinis bilis comissi rumpuntur, atque ita fit illa immoderata sanguinis excretio. A pectore verò seu pulmone commune illud signum per aliquot dies, si guttulæ quædam sic per tussim reiectæ, conspiciantur. Id conicere facile est, sed inter pectus & pulmonem discrimen, si spumofum: si sine dolore veniat; si plurimus; si leuior sit tussis & si tenuis sit, splendidus ac ruber & calidus: Demùm si pars aliqua Bronchij aut tunicæ arteriæ simul eiciatur. Et febris breui consequitur. Et qui ab arteria venali prodit, maiore cum impetu & magis spumofus est; & plerunque etiam maiore in copia effunditur. Qui verò à pectore paucus, niger, grummosus, difficulter cum dolore eicitur. Et quamvis diuturnum fiat vlcus, sanationem, dicit Galenus non recusat. At in pulmone etiam non negat sanari quæ contigerint vlcera, sed relinqui callosum corpus ac fistulosum, & quod facile exorietur. Rupto vase alio modo, exitus multitudine & causa violenta, vt ictu, casu, clamore. Ex erosione, sensus saporis acris aut salis; & quod sensim adueniat. Tum verò partes quædam nonnunquam substantiæ asperæ arteriæ aut pulmonis educuntur, & dolor adeest exiguus vbi iam vlcus factum sit.

61. *Pulmonis.*

Nullus quidem dolor acris, vt qui membranam habeat tantùm sensus compotem qua cingitur; eamque paucis ac exiguis nervis resperam; nihilominus grauitatis sensum habet, & tensionem percipit, quæ & à spina retro, & ad pectus ante, quibus membrana ipsa hincinde annexa est, peruenire videtur. Sed & angustia spirandi ferme illo affecto subsequi solet, semper autem pulsus mutatio & inæqualitas, quæ communis est materiæ contentæ, & in asperis, & in leuibus arteriis, & in ipsa etiam substantia; at spirandi difficultas solum verè dicitur cum ad asperas arterias noxa communicatur: id fit præcipue cum materia fuerit in eis: secundò cum in ipsa substantia, comprimit enim arterias; in leuibus autem arteriis cum quasi plene occupantur; tunc verò maior sit spirandi difficultas quàm si in substantia pulmonis materia contineatur.

62. *Peripneumonia.*

Spirandi difficultas & angustia grauitas, acuta febris. Non nescius sum angustia nomen modò pro genere difficultatis spirandi, vt hic, accipi posse: modò pro insensibili quadam spirandi difficultate, vt paulò post dicemus; modò pro intercepta respiratione, & maxima difficultate respirationis. Differt à laterali morbo pulsu molli & vndoso

febris, & calidæ exsufflationis aut difficultatis spirandi magnitudine & dolore.

63. *Erysipelatis.*

Acuta febris: Intolerabile incendium: Grauitas autem & spirandi difficultas, minora quàm in peripneumonia.

64. *Vomica.*

Huius meminere latini authores, vt Q. Serenus, & Scribonius Largus, & Cor. Celsus. Præter cæteros dum inquit: Dolor autem pulmonis, si neque per cucurbitulas, neque per sanguinis detractionem, neque per vinctus rationem finitus est, vomica aliquas interdum excitat. Meminit & in tertio, cum dixit; supputationes autem quæ in aliqua interiori parte oriuntur, vbi notæ fuerint reprimendæ, si non digerendæ, sine id licet maturefcent; omnis enim vomica finis est, vt rumpatur. Meminit & V. Maximus de quodam latone Phæreo cui casu excisa vomica, dum ille mortem satagit, salutem affert. Eam ego vidi; laborant febricula, tussi assidua tabescunt, pondus in imo thoracis sentiunt, nihil expuunt saniosum, post tempus disrupta vomica plurima expuunt & moriuntur.

65. *Empyema.*

Differt à vomica quoniam pus perfectum est, & in pectoris cauitate continetur, non in pulmonis substantia. Igitur febris qualis dicta est. Ex laterali morbo in quo parum aut nihil spuri processerit, fluctuatio, & cum transfert se ex latere in latus quippiam fluere videtur. Communis solum est sensus grauitatis in imo thoracis. Pus autem, vt cognoscas fatet, descendit in aqua, soluitur in atoma.

66. *Intemperies absque materia.*

Calidæ quidem æqualis sitim; Appetitum frigidæ aëris: Demum finitur in febrim, frigida contraria appetit, contraria desiderat, in fluxiones finit: & si quis occurrat acri frigido quandoque non potest inspirare: quod accidens mihi puero erat familiare valdè, subsidebat enim pulmo adeò vt mors præfens videatur: sed non attracto aëre breui incalescit & explicatur. Inæquales autem tussim excitant.

67. *Pulmonis morbi vari.*

Sputum mediū inter flauum & pallidum: biliosum nulla acredine infectum: Inde auctum. Post febricula superuenit, inde sputum purulentum: Demum etiam sanguinem eiciunt, & obeunt. Alii ex tussi lentoque sputo, ac exiguo, frustra grandini similia, & tandem post aliquot annos moriuntur. Quibusdam maxima diuersitas in pulsu non solum systematica, sed in vna pulsatione tantum & absque febre & spirandi difficultate oboritur; vt Antipatro Medico: durauitque per sex menses: quod glutinoso humore aut tuberculo crudo leuis arteria magna occuparetur, post difficultas spirandi leuis inuasit accedente cordis palpitatione. Et post xv. dies oborta maxima difficultate spirandi obiit. Hæc Galenus. At nobis contingit vt in filio Gadij dissecto, cum vt phthisicus haberetur, siquidem & tabidus & cum maxima ima tussi, & febre lenta obierat; in eo tamen nullum vlcus in pulmone fuit, sed in

eius superficie tubercula quinque, ni fallor, famosa, & portio liuida, sulca velut igne exusta; & in iecore alia tubercula illis similia. Alius puer ex Casalium familia cum ob opes magnas de veneno suspicio esset dissectus, habuit pulmonem exesum cum sanie alba, cruda mista, & aqua multae, perierat in quatuordecim diebus ex febre. Symptomata non scio quia non adfui curationi. Constat tam longo morbo absumptum, vt existimaretur (sed falso) obiisse ex recidua.

68. *Pulmonis hydrops.*

De hoc Hippocrates secundo de Morbis. Febris & tussis tenet, & acruatim respirat, & pedes tument; & vngues omnes contrahuntur, & patitur talia, qualia is qui suppuratus sit, sed debilius ac diuturnius: Et si quid infundas, aut focum aut suffitum adhibeas, pus non sequitur; atque ex hoc sanè cognoueris non pus, sed aquam intus esse. Et si multo tempore aure ad latera adhibita audire tentaueris, ebullit intrinsecus velut acetum: Et hæc quidem aliquandiu patitur, postea erumpit ad aluum, & statim quidem sanus esse sibi videtur, ac à morbo liberatus. Verùm progressu temporis aluus incenditur, eademq; illa patitur, & adhuc amplius. Aliqui etiam intumescunt ventre, scroto ac facie. Et ab quidam inferna aluo esse putant, quum videant ventrem magnum & pedes tumidos: Intumescunt enim hæc si sectionis tempus transgrediari. Accidit hoc I. Bapt. Ramundino Bononiensi, Trapezitæ viro sexagenario quæ maximam in pulsu inæqualitatem patiebatur, & difficultatem spirandi, inde repente obiit, dissecto pulmo aqua plenus, inde thorax inuenti sunt.

69. *Pulmo Vulneratus.*

Spirandi difficultas est, sanguis ex ore spumans, ex plaga rubens simulque etiam spiritus cum sono fertur, in vulnus inclinari iuuat. Quidam sine ratione consurgunt. Multi si in ipsum vulnus inclinati sunt loquuntur, si in alia, in partem obmutescunt.

90. *Morbus lateralis.*

Quamvis cor pulmoni natura magis coniunctum sit nihilominus morbi thoracis adeo similes sunt pulmonis morbis, vt sæpè medicis imponant. Ergo morbus lateralis duplex est, verus ac non verus, siquidem verus dicitur qui in latere sit pectoris: at non verus qui in septo transuerso, in diaphragmatidis & in Pericardio: Veri rursus exquisitus est & non exquisitus; mendosus in musculis pectoris exterioribus qui nullo modo membranæ interiori subcingenti costas participat, hic tactu percipitur. Non exquisitus autem qui in musculis intercostalibus mediis facta inflammatione participat membranæ. Differt à priori, quoniam tussis adest; tametsi sicca, atque in hoc differt ab exquisita, neque pulsus tensionem atque duritiem eandem habet, nec febris adeo acuta, nec difficultas spirandi tam magna. Exquisiti ergo signa sunt, dolor lateris, pungens tussis, difficultas spirandi, febris acuta, pulsus serrius. Huius quoque tres sunt species, pura, notha & sublimis; sublimis fit è regione trium

costarum superiorum versus iugulum, & rarius accidit, pura in sequentibus veris costis; notha in inferioribus costis à septo transuerso, hanc differentiam non minorem reliquis esse puto, quod in cura plurimum euarient iuxta Hippocratem, quam Galeno refragante. Doloris autem locus declarat eas, neque in notha acuta febris & spirandi difficultas tanta est, sed & illa sputo non purgatur. Quomodo autem quod resudat in pura & sublimi ex inflammatione sputum deferatur ex cauitate in pulmones, Galenus declarat. Manifestum est autem quod quemadmodum in empyemate pus infidet septo transuerso; interim verò illo valdè concusso vibratus eliditur ab ipso septo transuerso in bronchia, & fines asperæ arteriæ, qui in ambitu sunt pulmonis, atque hic modus est Galeni satis benè excogitatus, postquam non alium inuenire potuit quod Erasistrato contradiceret. Sed nimis magno in periculo versarentur tales ægri, si non alia esset via, & certè imaginari potius hunc modum quam referre licet, primùm quia tale sputum per sæpe lentum est & paucum; deinde oporteret collimare exquisitè, vt vix vnquam bene expurgaretur, ideo dico quod & de bronchiis & de loco materiæ consentio, verùm non adeo tanto impetu indiget; sed contracto septo transuerso adhæret pulmone dum inspiramus aërem, atque eo facto dum retinetur, iunctum manet; exfugiturque ob caloris vehementiam, quæ in pulmone est, tum spiritum qui totus circumcirca ad illius medium trahitur, vt in leues arterias traducatur, atque ex illis in cor. Vnde consequenti motu quicquid inest super septum transuersum exquisitè transmittitur in pulmones, atque sic excitata tussis ob sensum arteriæ, quæ impeditur, eliditur ad guttur ac expuitur. Si dolor vagatur, est turgens.

71. *Septi transuersi & aliarum membrarum inflammatio.*

Proxima ergo affectioni superiori est non verus morbus lateralis, qui vt dixi, trifariam contingit inflammatio septo transuerso & Diaphragmatidis & Pericardio. Cum ergo febris acuta fuerit, & spiratio modò exigua & frequens, modò magna & angustiosa. (Siquidem antequam delirium accesserit, magna & difficilis.) Tum quoque ab initio reuelitur hypochondrium sursum: Et delirium ipsum quamvis ex consensu sit ferè perpetuum est; tunc septum transuersum inflammationem patitur. Dolor modò adest cum in parte neruosa fuerit, modò non adest, cum in parte carnea: est enim septum circumcirca & quasi in ambitu carneum, & rubrum in medio, & vbi quasi vincula coniunguntur, & caput illius esse creditur, id est, ex quo se dilatat, & ad quod contrahitur nerueum, & album. Differtque à phrenitide quod tardius inuadit delirium: & spiratio inæqualis; quinimo ab initio, vt dixi, parua, & frequens. Quod etiam de pulsu addit Princeps, & partes circa caput, & faciem non eadem patiuntur. Et hypochondrium sursum attollitur. Sed pericardij

ricardij inflammatio grauiora habet sympto-
mata, quo ad febrem attinet, & cordis pal-
pitationem, & non est difficultas spirandi
aded magna, neque dolor, & pulsus sunt
maximè inæquales: Nec aded delirant vtin
septo transuerso. Moriuntur autem breui.
Diaphragmatum autem inflammatio est
media quasi inter lateralem morbum, & Pe-
ricardij abscellum. Est magna spirandi diffi-
cultas & inæqualitas, tum in ea, tum pul-
su, pondus quoddam, non dolor alius, neque
delirium: videturque cor à dextra parte pul-
sare, nam si in sinistra membrana sit in-
flammatiō cor refugit ad dexteram, si in
dextera tanta habetur perturbatio ibi vt
cordis palpitatio videatur, superiuntque
multis diebus. Mirum quoddam videbitur de
motu cordis, sed cum infans quidam ceci-
disset ægrotassetque ad mortem, sanitati re-
stitutus nobis experientibus hoc idem pas-
sus est, & perseuerauit.

72. *Septi transuersi hectica.*

Hecticam in septo transuerso duntaxat
semel vidi Marasimum nunquam, quod an-
tequam absolueretur patiens intereat: inquit
Galenus. Et iure merito: siccitatem enim ne-
que contrahi, neque extendi poterit. Signa
sunt dicebat ibi Delirium plerunque, &
pulsus, & reuulsio præcordiorum supra, &
spirandi difficultas admodum inæqualis &
varia: quippe aliàs parua admodum, & fre-
quens, aliàs manifestè rara, sed quæ subitò
velut gementium reduplicetur, modo in in-
spiratione, modo in expiratione. Est etiam
vt totum pectus cum ea labore vsque ad sco-
ptulas operatas, seu omoplatas.

73. *Septi transuersi vulnus.*

At si septum transuersum percussum est,
præcordia sursum contrahuntur, spina dolet:
spiritus rarus est: sanguis spumans fertur.

74. *Pericardij aqua.*

Hæc congregatur quandoque ibi, & pa-
tientur perpetuam in corde palpitacionem:
Abque manifesta causa, corpus contabescit,
& deinde repentiè moriuntur. Dicebat au-
tem Galenus nisi consensu cor afficiatur:
cæteri morbi ex eiusmodi panniculis inte-
gentibus membra, tanquam partium igno-
bilium habentur.

75. *Cordis vulnus.*

Cor cum sit vitæ principium idè ipso solo
extincto animal perit quod in eo anima sit,
& ea vnica sit vt Galenus hic veritate co-
actus non habeat quo experimentis respon-
dere possit neque sustinet inflammationem:
vulnerati autem ad horas xxiv. viuunt si non
ad ventriculos vulnus penetrauerit: tunc
enim statim moritur. Ex scirrho autem diu
superuiuere queunt. Vt in Gallo vidisse se
Galenus testatur. Igitur vt ad rem redeam,
Corde percusso sanguis multus effertur, ve-
næ languescunt, color pallidissimus, sudo-
res frigidi mali que odoris tanquam irrorato
corpore oriuntur. Extremisque partibus
frigidis matura mors sequitur.

76. *Cordis Palpitatio, & syncopis.*

Scire decet nomen hoc palpitacionis bi-
fatiam accipi. Vt commune omni motui cor-
dis præter naturam excedenti in magnitudi-
ne, celeritate, vel frequentia, & propriè,

tum uerò commune illud significatum diui-
ditur, in tremorem cum frequens est motus
& velox non tamen magnus, & palpitatio-
nem, cum est inordinatus & magnus, & sol-
tum, cum mouetur pectus ab ea parte, &
attollitur: seu ordinatus, seu inordinatus, Et
ideo benè dixit Iachinus in Commentario ad
Almansorem quod quid sit palpitatio à ne-
mine declaratum est nisi paucis, sed obscu-
rè à Galeno. scilicet. secundo de symptoma-
tum causis. Vbi docet quod etiam vena arte-
rialis ipsa palpirat cum corde. Et 3. de locis:
quandoque ergo fit ab aqua intra pericar-
dium: & contabescit corpus: & fit ab intem-
perie calida, & adsum signa incendij, &
forsan etiam causæ, & fit à frigore: & non
succedit noxa notatu digna, quia affert sibi
auxilium ipsa palpitacione, incalescit enim
cor, & fit à vaporibus melancholicis, & con-
stringi videtur cor: & nil incommodi sequi-
tur nisi forsan tristitia, aut fluxus hæmor-
rhoidarum, & fit ex timore, & causa nota
est, & fit à flatu, & indicium est quod est
innoxia. Et fit in quavis fluxione sanguinis:
& indicat eam aduentus eius. Et fit à vene-
no, & ostendunt symptomata mala: sicut
etiam illam quæ fit à resolutione, & fit à
consensu oris ventriculi, & indicant illam
nausea, & morsus, & purgatio eius. Et fit
à mala spiracione, & reducitur ad eam quæ
fit à caliditate: periculum enim propriè est
in hac ne cor inflammetur. Tremor autem
contingit ex pauore propriè vt in auriculis, &
ex causa frigida, & quandoque adiungitur,
& palpitatio, & saltus, quoniam paruitas
motus non est ex essentia tremoris, sed fre-
quentiæ magnitudo. Saltus autem aliud per
se aliud cum aliis significat: nam per se si-
gnificat necessitate refrigerationis cordis:
quæ accidit, aut ob calorem auctum, sicut in
cursu, ira, aut ob aëris ingressus impedi-
mentum in cor, vt in ægre spirantibus, vel
ob pulmonis obstructions, vel septi trans-
uersi hecticam. Nam saltus omnis est cum
pectoris eleuatione magna, sin autem non
adsit, dicitur palpitatio aut tremor cordis,
& si adsit pectoris eleuatio magna, nec cor-
dis motus mutatus sit vt in quibusdam spe-
ciebus asthmatis à crudorum humorum co-
pia: in qua tantum minuitur necessitas re-
spirandi, quantum est impedimentum mem-
brorū respiracionis, non dicitur, nec palpi-
tatio nec saltus. Cū uerò saltus habet inæqua-
litate vel defectum viriū, causa etiam est in
corde. Et saltus est deterior palpitacione, &
sæpe includit eam. Et si corpus colliquatur,
in eo plerunque est cum corruptione pul-
monis. Et adest color malus in facie, & ro-
seus in pomis, & fætor spiritus. Et si sine
illis, & color niger, & splen durus aut ma-
gnus sit à melancholia. Quod si quis obiciat,
nec tussim, spirandi difficultatem adesse, ne-
que in pulsu sentiri. Respondemus ex Gale-
no de Antipatio, prima duo pertinere ad
læsionem asperæ arteriæ solam, tertium cor-
dis per se patientis. Et cum vides palpitatio-
nem hæc inspicito, si linquitur animo, si
sudet, si facies multum mutatur, si pulsus
afficiatur inæqualitate, & quoniam tria sunt
symptomata quæ principalem ad se curam
trahunt,

trahunt, seu supervenerint, seu imminant etiam, teste Galeno, convulsio, spirandi difficultas & syncopis, & duorum priorum signa proposuimus, reliquum est ut tertij signa proponamus. Et sunt quod iaceat immobilis sicut mortuus, & cum facie etiam eiusmodi, & pulsus cadat aut ut formica videatur, & sudor præcedat quasi ros in facie.

77. *Pulsus significata.*

Pulsus autem cum ab ipso proprie pendeat super ea quæ ipsius sunt. Primò significat facultatem, calorem, impedimenta & cogitationes: secundò supra coniuncta pulmonem, os ventriculi contenta in Pericardo, sedem ipsius, arterias & venæ partes quæ principalia interiacent. Post supra membra principalia præcipue cerebrum. Demùm supra totum nervosum genus. Quæ autem post leuiter tantùm aut ut his communicant, supra aut aliàs facultates scilicet animalem & naturalem non significat, nisi quatenus supra subiecta illarum. Et intermittentium pulsus initij accessiones vel est humilis, vel est contractio valde velox & crebra.

78. *Gula, seu Oesophagus.*

Eius initium est à linguæ radice, & vtraque parte tonsillas attingens, à palati extremo ortum ducit, inde descendens hæret spinæ borfi à media cervicis vertebra per quatuor primas thoracis, inde à quinta per aliquot alias ad dextrum latus declinans paululum præcedit: post iungitur magnæ arteriæ è inguli maximè regione. Ea ergo duplicem usum præstat, transitus seu intra ut deglutendo, seu extra ut euomendo. Et functionis cum per interiorem tunicam trahat, teste Galeno per exteriorem autè expellat: quapropter & duplici morbo laborabit, vel ut præcludatur via, ut operatio impediatur. Impeditur ergo ab abscessibus, & à spinæ vertebra, ut dixi, incumbentibus luxatis. Porro ab abscessuum calidiorum sunt signa, dolor vehemens, febris non admodum ardens, impedimentum in deglutendo maximum: sitis & calor ingens: si verò non adeò calidus sit citra reliqua, dolor & impedimentum deglutendi & inæqualitas apparebunt, in processu verò Ephimera, & rigore succedente euomunt rupto abscessu saniem. Post vlcis signa remanent dolor, & cum deglutendo acuta, magis exasperatur, quòd si vomitus sanie præcesserit, vix seruantur, & ægrè adolecentes: nam prouectioni ætate pereunt. Cumque vlcus fiat ex fractura vasis, aut erosione, aut relinquatur ex abscessu suppurato & disrupto, hic modus est periculosior: inde qui ex erosione, ex fractura autem minimè periculosum est vlcus si ad alia conferatur. Verùm si difficulter deglutiat, & æquale sit impedimentum, ab intemperie est. Ego aliquos eiusmodi vidi, sed frigida præcipue est, quæ officium illud prohibet. Vnde vir ille cum per multos dies sitim tollerasset ex intemptiuo aquæ multæ potu superveniente difficultate deglutendi, ac postmodum aliis succedentibus affectibus mortuus est.

79. *Os ventriculi, seu stomachus.*

Consensu huius constat incidere homines

in syncopim, cordis palpitationem, lipothymiam, sternutationem, melancholiam, comitalem, convulsionem, soporem, vertiginem, atque huiusmodi. Dignoscitur hoc si ieiuno si ex ira, si vomitus sequatur, si nausea præcedat, & somnia terribilia absque alio graui symptomate, sed & præter has propriæ sunt illius affectiones sitis, deiectionis appetitus, nimiaque fames quam caninam appellant, & citra quæ propria est prægnantibus, singulûsque cum nausea & vomitu iam dictis, fames autem quæ cum satietate est, ut ægri comedere nolint, partim communis, & sitis ut fit à calido & sicco, ita fames à frigido, & humido, & caninam plerunque citra deiectionis, ac quasi leuitatem intestinorum consequi solet, & sitis fit non solùm huius vitio, sed consensu etiam pulmonis, iecoris, renum, mesarzi, ieiuni, intestini, cordis etiam, & totius corporis.

80. *Ventriculus.*

In ipsum vndique excrementa præter propria quæ ex cibo non ob solutè elaborato sunt, ex cerebro, iecore, fellis vesica & liene confluunt: ut quinque his ex causis laborare soleat. Proprium verò eius opus est coctio, & circa coctionem vitia: ostendimus enim primùm plerunque illam debilitatis at à frigore id maximè, à calore autem peregrino corrumpi in nidorofam substantiam, à putrido putrescere. Sed & à materiis crudis debilitatur, à biliosis in nidorem vertitur: à putridis putrescit. Item à tumoribus frigidis non solum coctio impeditur, sed corpus absorbitur, à calidis autem non fit coctio vlla, sed cibi maximum inferunt detrimentum, & calidorum quidem tumorum signa sunt vegemens dolor tactuque percipitur, febris ardens, sitis ingens, accedunt nausea. (Sed rarè vomitus naturatimente) singulûsque. Ex horum genere est, morbus liuidus cuius meminit Hippocrates secundò de morbis: impeditur etiam ab vlcibus a substantia eius rarefacta, diuisaque, sed vlcera declarant vomitus, & deiectiones, & acrum assumptio ciborum & potuum, quemadmodum de gula diximus, & sit impedimentum à tenuitate corporis eius, & raritate substantiæ ipsius. Et horum duorum indicium est, quòd maximè iuuantur à leuibus cibis & coctis, ut mature edant: nam tales præter ceteros ieiunio læduntur. Et qui raritate peccant assumpto cibo multo, distentionem manifestè sentiunt cum dolore, & accidit ex moribus grauibis à repletionis præcipue potus, à defectu omenti, ut in gladiatore illo & per sepe etiam à flatu.

A defectu præterea influentis caloris, seu cordis, seu iecoris. Nam trifariam vitium accidit in operatione vel ob facultatem læsam, ut si vulnere, aut contusione pars membri corrupta sit aut ob impedimentum, ut in morbo, aut obstructione: vel deficiente auxilio. Eius aliud opus proprium est vomitus, & sit dum comprimit se ad superiorem partem, & est eructatio, & est cum comprimit se æqualiter à lateribus, & expressio chyli,

chyli, sed hæc fit quasi absque auxilio eius dum iecur trahit, fit tamen ex compressione partium superiorum, & signa ventriculi habentur ex operationibus secundum naturam, vt appetitu. Et præter naturam vt eructatione, & symptomatibus vt flatu, & doloribus, & virgine, & tumoribus, & ex his quæ prodeunt per superius, aut inferius. Et consensu, vt macilentia totius corporis quæ est maximè familiaris patientibus ex eo cum febris, aut fluxus non est causa, & vrinæ multitudo, & hypostasis crassa, aut tenues. Et consensu partium adherentium vt cum durities intercedit inter iecur & ipsum, aut tumor lienis, & dolor fit in tota substantia eius virgo in tunica interiore, & colore faciei, & consensu symptomatum, & dolor similiter ab huiusmodi causis fit, & nonnunquam à lapillo ibi genito est, & diurnus cum grauitate, & tandem occidit sicut in Cæsare Taberna. Non negauerim si agnoscat posse quandoque sanari. Et cum cibus in ventriculo non concoquitur vel proprio vitio, vel alieno, vel quia non retinetur in eo, fit vitium quoddam lenitas intestinorum appellatur: fit autem persæpe ob acres etiam humores qui in eo sunt vel quia prægrauant, vel quoniam inutilia sunt nutritioni, idem de vomitu dicebat Galenus. Dico etiam à flatu talia & sæpius fieri solent. Cur autem magis per vomitum bilis, astus, consuetudo, status vrgens necessitas. Inter quoque ventriculi morbos connumerantur cæliaca & cardiaca passio, atque cholera, quamuis cholera fit communis affectus ventriculo & intestinis. Dicente Paulo: Cholera est immodica ventris perturbatio supra infraque ex cruditate ciborum præueniens, quæ nonnunquam ex ipsorum ciborum prauitate præuenit, nonnunquam ex vitiosis humoribus. Cæliaca verò est lienteria speciosa cum cibus diu retinetur, sed non concoquitur nec distribuitur, & exit incoctus, tardè tamen cum in leuitate intestinorum, paulò post per inferiora eiciatur: nec est aliud discrimen inter eas quam moræ, vt Paulus refert. Cardiaca verò est, vt Celsus docet lib. 3. cum ex ventriculi imbecillitate constante mente, immodicus sudor effluit ex partibus tantum superioribus, inferioribus hæc & frigiditas, cum languido & exili pulsu. Cum autem coctio fit inferius os, dicit Galenus, id est, pylorus perfectè concluditur, de superiore non meminit.

81. Intestina.

Omnes ferè morbi omnibus partibus eueniunt, sed quidam peculiare videntur pluribus partibus, eò quod frequentius contingant, & acrius infestent, velut intestina illeus, Colicus, Diarrhæa & Dysenteria. Dysenteria proprie signa sunt, bilis & dolor mordax, inde ramenta, post sanguis, quamuis omnia hæc in vna die acciderè possint. Vt verò quibus in intestinis fit intelligat (quod crassis per cæmata, tenuibus per potus medeamur) considerare oportet, si ramenta cum pinguedine sint, si cruor supernat non immiscetur fæcibus. Si statim exit, ex crassis intestinis est: si autem do-

lor medius ventris ab vmbilico infra intercedit, & non per circuitum, vt non ascendat ad sinistrum latus, morbus est in tenuibus, si ascendat, in colo, intestino vel cæco. Differt à dysenteria epatica, quod in illa tenuis sanies inde paulò post sicut fæx sanguinis paruo aut nullo cruciatu, & interdum interquiescit ad vnum vel duos dies, inde maior redit. A tinesmo, qui ex vlcere in recto oritur, differt, quoniam dysenteria quæ pauca hic excernuntur. Cum vehemènti nixu immixta, fæcibus pituitosa & pinguis referunt quandoque lapides eiectos: sed oportuit altius genitos esse, vt in localis coli. Cui fidem facit quod de ventriculo diximus. Coli autem dolores maximè ex situ intestini dignoscuntur, & plerunque sunt ex attritione alui, & eiecta excrementa dura sunt & rotunda, & nausea ac uomitus pituitosorum: nam colon à dextra parte incipit, & ascendens pergit ad iecoris regionem, inde peruenit ad ventriculi imum, & post ad lienem, vt eum nonnunquam attingat, inde sinuatim descendit per sinistrum ilium ad rectum intestinum concameratum totum, & ileon fit in parte superiore in intestino sic vocato quod longissimum est, siquidem pedes plerunque habet plus quam xxv. Diarrhæa verò fit aut transmittente iecore, aut mordacibus qui in eis sunt stimulantibus, vt non possit continere fæces, & dolore acriore ab altera distinguitur. Assimilatur autè leuitati intestinorum, sed in hoc chylus loco ciborum videtur eum fit in ventriculo quod eicitur iam elaboratum. Est etiam intestinorum crepius qualis ructus ventriculi, sed fit compressis muscularibus ventris.

82. De differentia inter dolorem coli & nephriticum.

Eueniunt magis pituitosa, crepitus ventris & ructus & fæces retinentur quæ plerunque etiam aquæ supernatant, & vagatur magis, Et ampliorem occupat locum. Quod si altius infestet renibus etiam, id est, signum. Nephritici autem tenues & puras reddunt ab initio post inæquales, demùm arenosas alleuiatur etiam colicus clysteribus. Ex his quoque quibus soluitur dolor velut lapide in vrinis, aut frigido humore inter excrementa alui, cum tamen ambobus ab initio clysteria auxiliantur.

83. De abscessibus mesarai.

Nihil hoc frequentius nihil damnosius quoties istud euenit, latitant, vt etiam dicit Hippocrates sub febris lentis & longis. Signa febris cõtinaua vltra vigesimam diem, in maioribus natu triginta annis. Cum vrini crudioribus quàm pro statu morbi, & molestia hæc indicat abscessum ex febre quoniam materia per crisi non est soluta, At eius qui fit ab initio morbi signa sunt vt habetur. *Quartadecima tertij.* Vt sint signa inflammationis iecoris, sed remissa & febris occulta, & excrementa alui chylifera. Et tensio & calor est inæqualis in omni inflammatione, nam de dolore, pondere, tumore non dico, quia non sunt obscuri, sed sunt magni, hoc autem latere potest expertum medicum: at hic non tractamus nisi ea quæ fallere possunt etiam peritum medicum

medicum, sed si sit scirrbus, vix potest ab obstructione distingui: verum si sit œdema, adest mollities duricæ loco, & sanies melaræi est alba fusca aliquidantulum, sed iccoris rubra, & in ventris abscessibus apparent rigores, & febres diuersæ. Et pulsus pro ratione loci, & non soluantur cum auxiliis solitis in febribus.

84. *Exeuntia*

Cum verò de intestinis actum sit, par est vt de exeuntibus nunc certo ordine agamus. Quæ autem magis familiaria ex eis sunt sterco, vrina, sputum, mucus, sudor, sanguis & vomitus, horum omnium sterco & vrina sunt naturalia, necessaria, communia & generalia, sputum & mucus naturalia sunt, non tamen necessaria neque communia sunt tamen generalia omnibus non sunt necessaria, quia aliqui sine his viuunt: non sunt communia quia vnum est excrementum cerebri aliud glandularum quæ sub lingua sunt: sudoris materia naturalis est necessaria communis & generalis, forma nequaquam, sanguis est communis omnibus partim autem naturalis est & necessarius, generalis nequaquam, nam menses mulieribus stato tempore & ætate tum hæmorrhoides quibusdam aliis è naribus profluit sanguis. Est tamen euacuatio communis toti corpori, non tamen omnibus naturalis aut necessaria. Vomitus & ipse communis est, non tamen naturalis aut necessarius aut generalis. Singula horum quinque modis prodeunt, præter vomitum, naturaliter, vitiosa, symptomatica, critica & per circuitum, naturaliter est quod est absolutum & purum, vitiosa quæ non perfectè cocta sunt, aut corrupta symptomatica quæ humorem permistum habent, aut vi quadam exprimuntur. Critica, seu iudicatoria quæ duntaxat semel, aut paucis vicibus eiecta liberant à morbo. Percircuitus quæ vel vitiosa, vel humoribus mista emittuntur, quorum quædam meliorem reddunt habitum natura se exonerante cum satis sibi boni alimentum referuauerit quedam deteriores. Excrementorum vitia quo ad obstructionem attinet sunt: multitudo, crassities, lentor, sed simpliciter adde corruptionem, & acridinem. Cæterum quod ad expurgationem attinet pars rarsima iccoris, intestina, ventriculus, lien per alium euacuatur, per vrinas autem iccoris gibba, & quotquot his superiores sunt scilicet ex pectore pleraque.

85. *Stercus.*

Quod secundum naturam est æquale, idè non aquosum leue, & ob id non admodum siccum figuratum, quare non nimis liquidum coloris mali, medici benè maturi, odore naturali, multitudine & tempore debitæ. Ei affociantur quoduis genus humoris tnagis tamen crassi, & quod crassissimum est fit in ventriculo, id est quoniam ibi materia eius transmutatur, & secretur quod eius optimum est, elaboratur autem à iecore, tum etiam segregatur: intestinis verò figuram recipit. Idè si ventriculi functio tollatur, sterco esse non potest, sed fit leuitas intestinorum, quoniam iecur supplere actionem ven-

tricoli non potest, similiter & à iecore diuersis modis afficitur. Permutatur ergo eius substantia & figura ex his tribus: color aut & odor, cum ex his quæ illi commiscetur. Et odoris prauitas indicat corruptionem ipsius aut eorum quæ cum eo exiuerunt: Color autè maximè permutatur à iecore & mesaræo, cum liuidus & fuscus à liene, cum admodum croceus à vesica fellis bilem copiosam eructante, cum uerò albus, aut aqueus, aut mucilaginosus à ventriculo vel cerebro. Distinguere autem oportet eum qui à cerebro est, quia crassior est & lucidior. Niger autem & ruber, & viridis si sint cum febris acuris, sunt valdè mali, & fiunt à iecore & corruptione febrili praua. Exeuntia autem distinguere non vna ratione oportet, nam adeps albus, non pituita, sed lenta, ruber sanguis, arrabilis, nigra, & splendidior sanguine, dicebat Galenus, spumosa, alba, elevata, colores reliqui bili tribuuntur: putrefacta, fetida, inæqualia, prauorum colorum, & cum defectu animi eiciuntur Melancholia nigra aut fusca non cohærens, quod cohæret nigrum sanguinis, sæx si non cohæret, & splendet parum & nigrum est, sanguinis sæx in incore exusta est, colorum multitudo cum fœtore corrupta esse docet, inæquale solum sterco cruditatis indicium est: & scias quod diarrhœa, & quælibet sæcum copia velut & sanguinis consueti multa reiectio non solum signum est, & symptoma, sed etiam morbus.

86. *De Vrina.*

Naturalis substantiam habet crassiorem, contenta autem tenuiora. Color verò substantiæ velut paleæ tritici maturæ cum splendore contenta, argentei quasi coloris, lenia, æqualia, subsidencia in formam pyramidis, occupantia plus tertia parte altitudinis vrinæ, odore naturali absque spuma cum circulo paulò candidiore quàm ipsa vrina, veruntamen splendidiore, quàm sit sedimentum: multitudine & tempore debitæ pura, & non conturbatur, nisi in magnis frigidibus Pessima est cuius substantia est valdè tenuis, & sedimentum valde crassum, vtrunque enim ostendit omnino inelaboratâ esse à venarum virtute: quod si præter id aquea sit, obstructionem significat, aut bilem ad superiora tendentem, atque idè in acutis phrenitidem. Per eam excernitur humor tenuis, & etiam crassus, plus tamen ex mediocri. Quæ verò famenta continent in acutis, colliquationem à prauo calore solidorum significat, Quæ nigra est si tenuis sit, extinctionem caloris aut exustionem ostendit: non enim potest esse critica, quia esset crassa qualia igitur contenta quæ secundum naturam sunt talis actio venarum in excrementum primæ coctionis. Quare & eiusmodi in proprium alimentum, bonum, optimum, malum, pessimum permutatur tamen vitio renum, aut vesicæ, quorū solum detrimenta significat, & si arenas rubras continet, à renibus sunt. Partes autem laminae similes fibrosæ, ac albæ à vesica deciduntur, caruncula à renibus, pus secretum ab vrina à vesica est vel penè valde mistum ei à membris superioribus. Ex his si à renibus signa

propria præcesserunt, sed si mediocriter mitum sit tum dubium est, vrina autem sedimentum caret ob caloris vim, sed tunc est colorata, aut cum materia fertur ad membrum principale, vt in phreniticis: aut quia materia deest ob continuam euacuationem, vt in Diabeticis affectibus, aut in sanis & ægris, & tunc obstructio est in renibus, non enim materia fieri potest, vt concursus venarum prohibeatur, cum materiæ noxiæ ex illis aliquid quotidie excernatur, vel in sanis non in ægris, & tunc est obstructio inter caua & gibbam iecoris: tunc enim nihil præter fluit ex rectemento concoctionis primæ quod est materia sedimenti in sanis vt etiam sola: neque ex venis cum iam ille sanguis sit expurgatus per proprias vrinas singulorum dierum, tamen si obstructio non antea præcessisset. Indicat hoc tunc grauitas præcordij dextri non renum, & corporis extenuatio: at illam plerunque dolores consequuntur iuxta renes, & vrina sanguini mista, dignoscitur ab ea quæ atræ bili splendore: tardiore & non perfecta separatione, & grummi. Et vix quicquam est cognitu difficilius, nec mirum, nam melancholicus humor sanguinis est fax, ideo & ipse sanguis. Si vero sit atra bilis aut humor niger alter lethalis est, alter non, nisi cum vitio splenis manifesto exit: nigritumque conspicitur in vrina, non rubrum dilutum. Generaliter autem vno exemplo omnia declarabo quæ vrinis citra putredinem accidunt. Sit igitur aliqua substantia tenui, sedimento crasso & flauo: Tenuitas substantiæ imbecillitatem coctionis, hic autem vel ob vires, vel ob materiam: crassities contenti atram bilem flauis color influentem flauam bilem. Vnde vel quoniam amplius generatur ob caliditatem, aut retinetur: inspicienda igitur sunt fæces. Iudicium influxioni paratum cerebrum, est enim flaua bilis velut explorator & dux qui deducit milites, generaliter igitur substantia est à venarum actione. Color albus: ab eadem, vel obstructione, vel enim materia tinctura deest, vel feruor, vt apud fullones. Color vltior materiam elaboratam præter naturam, aut ex venis, vt in febribus, aut ex meatibus, contenta autem si desint ventriculi negant actionem, aut obstructio est, aut calor ardens, substantia crassa naturalium venarum actionem negat: præter naturam resolutionem à calore igneo aut exulsionem in renibus. Color mitionem tantum. Et scias quod in puerperis, & menses patientibus exigua diligentia detergendi Vuluam, & collum matricis vrina colligitur impolluta, vt possit videri, & per eam integrum sumi iudicium.

87. Mucus.

Coloris est vitreus & perspicuus, facile fluit: quæia vero sibi iunguntur talia abundant in cerebro, & si viridis sit aut sanguineus, & scædus, vel quasi densus, puluerulentus malus est, & si male olet vlcera significat in naribus vel osse pumicolo: tam crassa quam tenuia per ipsum educuntur.

88. Spiritum.

Hoc debet esse aqueum, subdulce, minime tenax: pauca quantitas in odorum, in

morbis pectoris, & cerebri magis variatur secundum substantiam quam in morbis ventriculi. Secundum saporem autem sæpius à materia in ventriculo contenta accidunt, & acre à liene, & melancholia sit amarum, à ventriculo salum: tam à ventriculo quam cerebro sanguineum si sine tussi & vomitu sit ex apertione venarum cerebri plerunque est, aut vitio oris. Per ipsum tenuia secundum naturam, crassa etiam expurgantur: omne etiam genus excrementi expurgare potest quatuor humores, & crudum succum, & purulenta, sanguinem tamen rarius.

89. Sudor.

Expurgat tenuia & mediocria: color naturalis est ferme vt vrinæ patientis, & fit ex aquea substantia quæ in venis sanguini coniuncta est: crassa educere non potest: super cordis affectus proprie significat, neque enim villo modo sudare contingit nisi communicato affectu cordis, & ideo in syncope sudor frigidus aduenit si bene cedat, nulla conuenientior expurgatio in febribus, quoniam & vnde quæ aduenit, & colligatur quicquid mali est cum sanguine.

90. Sanguis.

Expurgantur omnes humores potestate: Qui multus est & floridus & ruber, semper salutem in febribus pronunciat. Prodit aut à corde, aut à iecore non sine horu consensu, nisi compositionis vitio & sanguinis corruptionem, & fluxum sequuntur malus color mollicies, & vitium appetentiæ & concoctionis.

91. Vomitus.

Is præter naturam est, ideo naturalem descriptionem facere superfluum est. Fit proprie à virtute ventriculi. Criticus solus, & qui per circuitum sit ratione materiæ & ratione finis, naturalis dici potest, actionis autem contentorum seu eorum quæ eiiciuntur, nequaquam. Est illi nausea quæ tinellimus: excretionem per aluum, idemque affectus in vrina elicienda dysuria, in tussi cerchnos, hæcque pessima semper, cum sint impotentis nature indicia & affectus violenti. Quæ excernuntur per vomitum nõ mali odoris, & congruentia morbo & pituitosa, & mucosa, & facile, & non valde multa, & eiusdem coloris, nisi sint ex cruditate, plerunque autem & quasi pro naturalibus habentur; & ferme semper bona, nisi nimis frequentent. Sapore autem declarant succum: insipidus, acidus, salus pituitam: amarus bilem: dulcis sanguinem, aut melancholicam: foetidus horribili cum amarore, putredinem, Eadem ferme, in egestionibus, & vrinis.

92. Musculorum ventris tumores.

Rectorum musculorum tumores, & in medio, & oblongi, & in superficie in quo conueniunt cum obliquis descendentes, ascendentes autem sub his occultissimi, transuersi quod in profundo sint. Quatuor enim paria sunt. Quidam quinque esse aiunt, sed pusilli admodum qui in imo supra pubem inueniuntur.

93. Iecoris morbi alij.

Cum obstructio adest sensu grauitatis dignoscitur. Si vero & distentio addit, status est indicium. Quod si etiam tumidum sit, dolor

dolor adest. Qui nonnunquam etiam ad iugulum pertingit, grauitas, tussis exigua, color linguæ primùm ruber inde niger, ingens cibi fastidium, implacabilis sitis (si tamen cum calore sit) Vomitus bilis syncerae aut vitellinae, quandoque etiam viridis. Alius astricta, qui verò ipsi accidunt morbi per consensum à ventriculo intestinis, & maximè ieiuni tum lienis cauam partem eius magis viciant. Si verò à pulmone septo tranſuerſo, renibus gibbam, & frigidas quidem intemperies modo fames modo inappetentia sequitur, calidas autem semper inappetentia, & cibi fastidium, sitis vehemens, vomitus biliosorum, febris.

94. *Iecoris imbecillitas.*

Eiusmodi morbus fit vel à paucitate caloris, vt in decrepitis, & vbi multus fluxerit sanguis & in inædia, & vbi quis cibi exigui alimenti vsus fuerit præsertim si à pane abstinerit. Et à raritate substantiæ, & per morbos, & per sæpe iungitur imbecillitas frigiditati: & eius proprium, est egestio sanguinea similis loturæ carnis: quæ etiam addit in causam, & cum iecur est imbecille venæ ex ea parte stelechiæ, aut cauæ sunt imbecilles, & si vtraque parte vtræque, & non est necessarium, vt conuersum huius sit verum. Ergo quibusdam serosam saniem deiciuntibus in frigida intemperie inde retentis excrementis, febris succedit quæ vsque aded ab imperitis negligitur, vt ægrum febricitare haud existiment, sed esse eum affectum inædiæ. Vnde aucto cibo redit fluxus, atque hepaticus manifestè, cæterum quibusdam ex his appetitus cibi nullus est, quibusdam etiam immodicus. Et si inualida sit attractrix eius, fluxus chylosus aduenit: Differt ab eo qui fit in inflammatione, aut erysipelate in mesarzo quoddam hic saniei serosæ quippiam habet cum eiusmodi affectu iecur non labore: cruentarum autem egestionum quatuor genera sunt, inquit Galenus, similis loturæ carnis, & sanguinis splendidi, sed nigri, cum in prima iecur minimè traxerit chylum, in secunda traxerit quidem, sed non retinuerit, & plerunque accidit, vt prima etiam secundam in hoc casu antecedar. Tertius est in dysenterii, quoddam ad iecoris affectum non propriè pertinet: nam in eiusmodi sanguis primùm exiguus minutim eicitur, & cum dolore ob vitium intestini: interdum concretus, etiam post succedit pus & Ephelicides, & membranosa intestini substantia subsequitur cum morbus sit intestinorum, quamvis causa, quæ bilis est aut falsa pituita, ex iecore possit excerni. Quartum verò ad ipsum pertinet cum quæ sanguinea deiciuntur non ob imbecillitatem illius fiant, sed per circuitum, exonerante se natura seu ob suppressas mentes, seu ob præcisum membrum seu ob otiosam vitam quæ laboriosæ successit, quia in his syncera sanguis excernitur, sicut & ab eis expurgationibus quæ accidunt per eruptionem concoctarum inflammationum, aut erysipelatum, cum in huiusmodi vitiosus, coenolus & putris sanguis sit. Cum ergo egestio est velut lotura carnis, ab imbecillitate iecoris oritur, sin vt sæx,

Tom. VII.

sanguis etiam assatur. Si verò flaua admouum & perseverat, calor tenuis dominatur in eo, sed absque imbecillitatis indicio.

95. *Iecoris inflammatio.*

Communia sunt febris acuta. Dolor qui per sæpe ad costas mendasas dextræ lateris pertingit: nam etiam pluribus non annexitur eis, & signa sit etiam vsque ad iugulum Tussis sicca.

96. *Inflammationum differentia.*

Quæ in sima parte sunt Inappetentiam, Nauseam, Vomitum bilis, Sitim magis, Minus autem tussim, Dolorem in respirando. Et vt vsque ad iugulū pertingat. Participat tamè totum iecur in vtraque affectione.

97. *Inflammationis gibbae, & morbi lateralis differentia.*

Egestio qualis lotura carnis dolor ad nothas costas pertingens, spiratio parua & crebra, Tussis exigua sicca, & ex longis interuallis. Grauitas in dextro præcordio & si magna sit inflammatio, dolor vsque ad iugulum tendit, Pulsus non aded durus.

89. *Iecoris Erysipelas.*

Inflammationis iecoris cum sitim, & febre ardentissimam adiciet, colliges signa Erysipelatis tum verò dolor acrior est certè minus grauis.

99. *Iecoris scirrhus, & de differentia inter scirrhum & scirrhosam dispositionem, & carcinoma, & adema.*

In Scirrho durities maior est, quam in inflammatione: febris nulla eius causa, & musculi ventris è regione illius macilecunt. Cum tamen augetur, vt sit magis tactu conspicuus, aduenit aqua intercus, & non potest cognosci. Verum ex hoc videtur aqua primum colligi in iecore ipso non in ciuitate ventris, nam est impedimento quoddam inferius descenderet ad inum eius: sed si sit, per multos dies antea collecta fuit, & tunc tumor in pedibus, & imo ventris potissimum est signum. At in scirrho materia sæculèta & terrea iam extrea venas collecta est. Sin autem solidum sit in venis scirrhosa est dispositio, cui si occurratur tenui victu secundum triplicem rationem, & incidentibus, atque attenuantibus è iuuenibus omnes, è senibus quidam euadunt. Signa sunt quoniam tumor premedo cedit, quia adhuc substantia iecoris sana est reliqua ad sunt. At si tumor non aded sit circumscriptus neque durus, erit à cruda pituita, si mollis & dolore carens adema, in omnibus autem iecoris tumoribus, ac etiam collectionibus facies ostendit humoris qualitatem. Quoddam si sit carcinoma (cuiuslibet enim carcinomatis, cuius causa externa non præcessit, vt ictus, radix est in iecore ipso) glandula in modum, tumor durus in iecore cum dolore & calore perpetuo citra febre, & si præcesserit, retentio sanguinis corrupti consuetæ euacuationis, iam hoc manifestius est. Et non gignit ascitem, quia glandula non augetur iecore in dies se exonerante. In elephantiasi autem plures tales sunt, nam nihil horum esse potest nisi à iecore ipso.

100. *Vesica fellis morbi.*

Et Vesica fellis quidem impletur quandoque bile, vel quoniã non potest expellere ob

imbecillitatem maximè ex frigida intemperie quæ tenui substantiæ, & ex angui facillimè aduenit, & plurimum obest. Aut quoniam repleta nimis, atque ob id extensa laxatur, nec potest se comprimere. Quibusdam lapis innascitur, qui grauitate distrahens eam debilitat, vt quod intus est non possit effundere, tum verò huiusmodi hominibus scabies indomita accidere solet, vel quia obstructæ sunt viæ per quas eicere consuevit, apertæ per quas recipit. Demùm quod aliquid pituitæ aut humoris secum habeat bilis, vnde tenui resoluta, parte crassâ ad expulsionem inhabilis redditur. Vidi nobilem Bononiensem de Bobiis cuius vesica fellis aded tumida erat, vt lapidi rotundo in acutum velut pyro tendenti assimilaretur.

101. *Lienis morbi.*

Commune est in omnibus lienis morbis, quemadmodum supra diximus de iecore, vitari colorem totius corporis, sed faciei præsertim (quod ille solet esse nitidior ob multitudinem sanguinis & spirituum puriorum, & tenuitatem cutis, & maiorem recipiat mutationem propter contractiones quæ fiunt à corde & cerebro, vt in timoribus, tristitia, verecundia) ad fuscum, & nigrum. Sin autem mista sit dispositio ad viridem, vt in secunda parte diximus liquidus autem membris principalibus, vt cordis & cerebro proprius magis est, vnde in morituris morientibus & mortuis maximè apparet. Morbi reliqui proportionem respondent morbis, sed sunt grauiores in viscere, & in læsione leuiorès. Qui verò in compositione ei accidunt magis conspicui ob illius substantiæ raritatem, & omnes illius noxas notatæ dignas consequi solent, ventriculi euidenter mutationes, velut vomitus sanguinis nigri, aut omninò melancholici. Is ergo cum ad ventriculi os melancholiam effuderit, pecciliarem morbum facere solet: in sapientibus quidem mororem & somnia terribilia; in aliis etiam timorem & melancholiam. Et ex hoc genere est morbus niger de quo in secundo de Morbis.

102. *Lienis tumores.*

Iuxta hoc ergo inflammationum, febris, & reliqua præter dolorum minora sunt, velut sitis & vigilia & vomitus: vomitus autè aquæ subnigrae aut viridis acidi saponis, dolor autem maior aliquanto quàm in iecore, grauitas tamen minor. Et in tumoribus, excrescit mirum in modum, quamquam per sæpe tumorem mesaræi aut musculorum, pro lienis scirrho, aut tumore accipiant, cætera, vt dixi, pro ratione iecoris. Verùm tumores illius semper difficultas spirandi, & dolor ad tactum (si scirrhus tamen non sit,) & fames aut nulla, aut canina sed hoc sæpius, & corporis totius extenuatio sequitur. Memineris etiam quod partes habeat tres conspicuam, & auersam quæ est sub illo ad posteriora respicientem, & quæ est sub imendolis costis latitans.

103. *Iecoris & lienis tumorum à musculorum tumoribus differentia.*

Scirrh. & inflammationes iecoris sunt in vnum collecti: musculorum oblongi. Et

ided ob duritiem facilius est scirrhos quàm inflammationes distinguere. Cù etiam scirrho iecoris extenuent corpus valde: Et in abscessibus iecoris & lienis mutatur magis color faciei, & pulsus non est aded durus.

104. *Renum.*

Est illis proprius quidam affectus quem vocant Diabetem, & est mictus plurimus humoris non mutati, cum siti inextinguibili, atque hic sensim incipit, velut & canina fames. Sed videtur ob hoc repente incipere, dicit Galenus, quoniam cum renes careant sensu animali, non sentit patiens illius initia, donec ex multitudine mictus in admirationem ducatur, & ob huiusmodi sitis atque potus memoriam dicebat ibidem: qui ex magna siti confertim bibunt quatuor pericula incurrunt, ne euomant idque minimum est: vt effluat per intestina statim, & lienteriam excitet, vt retineatur, & distrumpatur homo quod sæpè accidit, & vt in diabetem transeat, Sed & quintum si non prorsus optima sit aqua; ne in malum habitum. Et vt hæc dispositio sit à calore & siccitate, & ferè non nisi in locis calidis, ita in nostris regionibus fræalia illi ex vique contraria, vt cum exiguo potu (quippe sine siti) incredibilem mingant vrinæ quantitatem, & in processu temporis multo maioris ponderis, quàm sit corpus totum infirmi, cum cibo & potu interim assumpto, & sanatur cum calidissimis & siccissimis medicamentis per longum tempus exhibitis.

105. *Renum inflammatio & ulcera.*

Si quis dolorem cum pondere in renibus sentiat, & si conuersus in ventrem, & in alterum latus pondus pereceperit, & rigores interpolati & inæquales cum febribus inordinatis sequantur, inflammationis renum hæc sunt indicia. Quod si post saniam, aut à sanguinis mictu excernat, & dolor adsit, vlcus in eis esse ostendit. At verò si sine his ambobus, & sine dolore vesicæ vel membri, expurgatio est partium superiorum, nihil patientibus renibus, correspondens fluxui hepatico cum & in illo ventosum genus expurgentur, nihil patientibus intestinis. Cum verò sanguis cum vrina exit, & à membro & à vesicæ & vteretredibus excerni consuevit, sed paucus, & cum dolore, à renibus autem multus, & citra dolorem, per sæpe ex circuitibus, quandoque ob laxitatem oris venæ emulgentis quæ se reni inserit: sed hoc difficile est noscere nisi lapillum aliquem prius emiserit: hoc enim est indicium quod à renibus excernatur. Cura tamen & locus è regione positus ferè sunt eadem. Et scias quod potest esse vlcus in renibus absque dolore ob substantiam eius, & sine sanie quando fuerit in meatu, & cognitio pendet ex diuturnitate passionis quæ est continua ferè. Et quod mingitur non est sanguis verus, sed dilutus & obscurus, & cum flagrantia.

106. *Lapillus ubi de renum dolore, acri difficultas.*

Porò in lapillo & pilis magis dolores adueniunt, & vtrisque ab initio vrinæ tenues, aut etiam retinetur. Post crasse, & tamè

contenta

contenta diuisa. Inde arenosa subsequuntur, & non lapilli, aut sanguis, & dolor pungens est. Quocirca de duobus dubitare expedit: primum quomodo accerimus ex lapillo contingere solet dolor renibus, cum ipsi non expiant ramos netuorum nisi paucos & exiguos, vtpote ex sine sexta & septimæ coniugationis cerebri, & in membrana ambiente non intus: velut & iecur & pulmo, quæ membra obtuso sensu prædita sunt: præsertim cum etiam de abcessu fateatur Galenus non solum in illis, sed etiam renibus esse exiguum ex inflammatione dolorem, ac ferè solum grauitatem quandam, in lapillo tamen acerbissimi sunt aded, vt nobilis mulier de Raudis Hyppolita falsa sit extremos esse qui partus cruciatum superarent. Est & difficultas de vrina, quomodo percolatur, cum constat septo membraneo medio diuidi renes, nec tamen ab illo percolari velint. Igitur causam huius manifestam prodit Vesalius, quoniam scilicet perforata sit illa membrana cribri instar, vt solum lapillos retinere possit non arenulas, nedum tenuem vrinæ colluuiem. Igitur diligentia naturæ percolatur, quod primum venarum & arteriarum oscula in tunicas desinunt, vt non pateat exitus per ora earum ferè, vt inter cauæ & gibbæ iecoris venas, sed hoc non satisfacit, quoniam excrementosa potius quam sanguis retinerentur, & ita stillantus vrinæ prodirent atque sanguinæ, cuius contrarium euenire solet, nulla igitur arte componi potuerit renes ad hanc symetriam, vt sanguis retineretur, & sanguine crassiora prodirent. Hypostasi enim liquatus sanguis tenuior est, at naturali facultati facile fuit, vt cum renes essent validi, crassi & partium diuersorum partimque sanguinis vrina contineret, totus exurgeretur. At dolor hinc provenit, quod tunica illæ nervosa sint, velut & membranæ aliæ ventriculi, & intestinorum quæ à frigido pungentè plurimum læduntur, grauiusque excitant dolorem, vt alibi docui, at in iecore & pulmone & liene nullæ eiusmodi sunt; à calidis ergo in renibus dolor acris non generatur, sed à frigidis tantum: in pulmone verdè & iecore, aut liene, neque à calidis, neque à frigidis tales dolores excitantur. Vrteræ verdè plurimum adiuant ad doloris magnitudinem ob substantiam vesicæ similem. Sapienter ergo nec de sensu factum est in venibus quod ob tot excrementa immunda, sabulosa vndique confluentia ex toto corpore, non ex iecore solo (nec ipsis comprimere se valentibus non solum ob durtiè, sed longè magis, ne compositio, tam exquisita quid finistri pateretur, ad excernendam vrinam, aut purgandam, aut coquendam inutile lapides genitæ nisi obtuso fuissent præditi renes, moram ibi ducerent, & renum corpus diuideretur, atque vias obstruerent, vt altero horum duorum incommodorum plus quam dimidium humani generis perire necesse fuerit.

107. *Vrterarum.*

Locus, tendunt enim à latere ad os pubis, & operatio læsa, intercipitur enim vrina, &

natura doloris pungentis, aut lacerantis & magni.

108. *Vesicæ.*

Morborum quædam signa sunt non illius, sed vt via est, quemadmodum pus quod per sæpè ex pulmonis aut pectoris suppurationibus expurgatur, dictum est autem de his. Dolores autem ex loco ex operationis læsione & tactu, scabiti, vrigo & pruritus & feator vrinæ, sedimen fursureum, & vrina est velut aquæ mista, & quandoque cum ea exit modicum sanguinis.

109. *Vesicæ inflammatio.*

Loci affecti dolor pungens, & cum pondere febricula, Delyrium, vomitio bilis synceræ, vrinæ suppressio, & quandoque fæx retinetur, & exterius rubor apparet, & inuatur à perfusionibus, & aquæ tepidæ vapore, symptomata autem eius praua sunt sitis, & nigrities linguæ, & spitandi difficultas, & frigus extremorum, & si perueniat ad suppurationem apparet rigor, & frigus inordinatum. Ided nota hæc signa quæ non sunt pathognomica; maior est difficultas in diagnoscendo inflammationem eius ab inflammatione musculorum propinquorum, & prætipuum est Delyrium, magnitudo febris, & vomitus bilis præsertim sinceræ. Et symptomata mala si superueniant difficultas spitandi, & frigus extremorum, iam sumus certi.

110. *Iscuria, Dyssuria, Stranguria.*

Membrorum operatio læditur quandoque propter ea quæ eis insunt, nec tamen sunt ex illorum substantia prægnata, velut vrinæ suppressio per lapidem, trumbos, arenam, pituitam, sanie, hæc omnia sunt accidentia, affectus minimè. At si ex vlcere, aut vesica refrigerata non solum accidens est, sed affectus. Tum verdè actiones quædam quæ à duobus perficiuntur aliæ sunt ambæ naturales vt eiectio chyli in duodenum: nam & retinens pylorus naturaliter contenta exprimit, aliæ ab ambabus voluntariis, vt vinculum trahendo stringimus, atque trahimus; aliæ ex vtrisque, vt mictus, & secum eiectio: cum enim voluntariè retineantur à musculis in functione relaxatur musculus per voluntatem, exprimitur facultate naturali se comprimente intestino, aut vesicæ; quauisquam, & expressioni naturali natura voluntariam vtrisque ex musculis ventris addiderit, quoniam longè periculosior esset inuita retentio offendentiū, quam vtilium eiectio. Verum si musculus vesicæ retinere non queat, semper fiet diffusio vrinæ in voluntaria; non ita facum musculis circa antium laxatis, quod fæces non sint aded fluxiles vt vrina. Hyeme ergo Ischuria sit, id est, vrinæ suppressio vel obstructo meatu, vel functione constringendi se, sublata à vesicæ; velut ob nimiam retentionem vrinæ contenta vesicæ, vel ob collisionem musculorum continentium collum vesicæ: sunt enim duo vnus externus magnus, Galenò notus, alius intra collum longè minor industria posteriorum inuentus. Similiter Dyssuria est cum difficultate mingere, pauld post autem mingit, vel eum dolore mingit, & tunc Dysentericæ intestinorum proportionè respondet. Ergo dolor in

mingendo, seu vrigo fit vel ab vlcere, vel à materia acri. Et materia acris saniosa, vt in vlcere renum, aut ob admistionem arenæ, vt in lapide, vel ichoris acuti, vt in scabie vesicæ, aut bilis (nam caliditas sola id efficere non potest.) Et dolor in scabie est maior quàm ex materia acri: In vlcere verò longè etiã maior quàm ex scabie: Et intemperies omnis maximè calida vel humida, cuiuscunq̃e mēbri est res non grauis & facilis curationis, sed cum permanet, corrumpit membrum, & tunc est verenda. Suppressio igitur vrinæ, aut propter resolutionem est velut in retinentibus diu vrinam, aut in luxata spina dorsali. Vel ob obtusum sensum, aut obstructionem, & tunc supra vesicam, vel in collo vesicæ, vel in pene. Fit etiã vrinæ suppressio ob imbecillitatem: & de difficultate dubium non est, cum sit proprium, vt in decrepitis: cui est familiaris, & hæc antea describitur à Galeno sexto de locis. Sed de suppressione cum idem ibi consiteatur, vt in his inquit, qui diu continuerunt vrinam, & Princeps fatetur: dico non doceri modum, non enim comprimari potest, idè ne detur vacuum exeunte vrina, & non compressa vesica, retineri. Id ergo rarum: & tunc etiã imbecillitas causa dici non potest retentionis, sed stillicidii. Retentionis ergo causa per se est repletio, imbecillitas autem causa sine qua non retineretur vrina: nullo modo enim imbecillitas retinere potest vrinam, nisi vesica sit plena, & valdè plena. Sola etiã repletio id facere non potest, sed solum si imbecillitas adsit: Sed imbecillitas non sufficit ad retentionem, etiã si sit plena vesica, nisi sit valdè plena. Ergo imbecillitas non potest dici causa retentionis vrinæ per se sed plenitudo & plenitudo magna, quia vt dixi aer non potest ingredi, idè cōpressionem sanatur. In meatu autem à lapide, aut verruca, aut carne, aut cicatrice, aut arena, aut sorditie, vel pure, aut inflammatione, vel scirrho, aut carcinomate. Fit quoque ex sanguinis trumbo sæpius estque in ea suppressione quid admirabile, vt dicebat Galenus, vt non solum contentus in vesica, sed multò magis in intestinis ventriculo, atque thorace & in cavitatibus quæ inter musculos sunt sequantur pallor animi, defectio pulsus, paruus: obscurus, frequens, vt laborans difficulter possit restitui: quintimo sæpe putredo partium, & marcor sequi solet, & refrigeratur totum corpus, & præcipuè extrema, quinetiam dicit quamuis ritè curati omnes ex grumis in vesica præter vnum perierūt. Fit & nonnunquam obstructio à Tumoribus, Inflammatione, Carcinomate, rarius à scirrho. Stranguria cum guttatum mingit, vnde in stranguria semper adest impedimentum non semper dolor, in dysuria dolor non impedimentum: vlcus autem, & dolor, & impedimentum semper cum perseverant se consequuntur, nam dolor erodit, & inflammatio, & causa doloris vlcus efficiunt: Et impedimentum mediendi putrefacit vrinam, & vlcus efficit: ipsum verò propter sanietem etiã cuncta hæc efficere potest, idè cum vnum ex his tri-

bus adest, plerunque adsunt, & reliqua. Cum vrina suppressa est in vesica dolor adest in illa, & tumor, & cathetera soluitur, sed in pene impedimentum est sensibile. In collo autem vesicæ ex his quæ apparuerunt iam. Inflammatio autem febrem acutam & dolorem ingentem efficit. Carcinoma autem est sine febre, & adest pondus, & dolor magnus qui nullis placatur auxiliis. Caro doloris est expers.

111. Lapis.

Si cathetera exploretur, & resonet certum est. Aut per anum digito medio immisso, sed collocato lapide, & vt intestinum non sit ob hæmorrhoidas nimis crassum, & *υποξυ*, habeat longū digitum. Et idè stātiim ceruice, & difficiliter, sed certius supino in imo & facilius, at modò à latere, modò sursum dilabitur etiã. Quòd si non inuentus fuerit iis viis, aut æger non patitur: tunc si contingat vt sæpè, repente supprimatur vrina, & maximè stanti, & situ mutato repente mingit, & sentit grauitatem, & motum maximè repente sedendo, aut pedem concutiendo in terram, aut ascendendo Vesica iam exonerata, tum lapis adesse significatur, & mobilis. Quòd si tangatur cathetera resonat intus & est certū signum. Quòd si cum his vrina præcesserit splendida & aquea, & arena alba in fundo statim à mictu, antequam refrigeretur, appareat, & virginem etiam sentiat, tunc potes esse securus, ac si tegeris, & signa lapidis asperi sunt, vrigo, & lapidis qui atteritur arena, & si lapis non sit mobilis, non sentitur, nisi grauitas & vrina aquea & splendida apparet, & raro arena: Et tunc vrigo percipitur, & non est omnino tutum tunc pronunciate, sed est aded rarum, vt nesciam an possit accidere, Et defectus omnium aliarum causarum est, commune signum in hoc non solum morbo, sed omnibus aliis ad declarandum vnam quampiam è pluribus. Velut hic de lapide in suppressione vrinæ aut vrigine.

112. Penis & sterilitatis viris.

Morbi eius sunt Gonorrhœa, Priapismus, Satyriasis Impotentia ad venerem, & Sterilitas Vicus: reliqua non solum nota sunt, sed & causas notas habent. Distinguitur vlcus eius à vesica quod sanies præuenit vrinæ exitum, & in exitu doler. Gonorrhœa est assidua seminis effusio absque voluntate sine penis erectione, sed est accidens quidem penis, ut transitus: morbus autem vasorum seminalium, vel ob imbecillitatem contentricis, vel stimulo seminis. At Priapismus est erectio penis sine voluntate coeundi, ut perpè accidit in pueris. Fitque plurimo flatu distendente arterias, & eas tum neruum fistulosum implente. Et quia arteriæ penis sunt maiores, Quòd si adsit semem irritat ad Ventrrem huiusmodi erectio, estque tum satyriasis: quæ satyris propter tentionem veteri prompta sit ad venerem facultas, ob id ergo glans in erectione non augetur, quia ad ipsam arteriæ non perueniunt, spiritus autem ille calidus est, & humidus, & densus, & à corde immittitur, vnde status potius obest

obest quam proficit. Venit autem ex renibus; nam eò transeunt venæ, & arteriæ ad colem, ideò supinus decubitus ad erectionem facit: contra defectus eius efficit impotentes ad erectionem, feminis autem ad concubitum, vtrunque verò, vel etiam feminis corruptio causa est sterilitatis. Sterilitatis ergo viri signa sunt ætas ultra lxx. annum. Semen ut aqua Impotentia magna ad Venærem. Et ut non rectè tendatur penis. Breuitas, & longitudo nimia eius phtihis hydrops non generant, aut non viuunt nati, & viri nimis studiis intenti, aut stultos; aut excessus primarum qualitatum, præsertim frigidæ, & etiam calidæ cum valde rarum efficit corpus, & venæ post aures sectæ.

113. *Vteri.*

Propriè illius affectiones sunt situs mutatio cum quasi voluntariè moueatur ad latera vel prolabatur inferius laxatis vinculis, quanquam in omni situs mutatione collum eius pudendo annexum maneat quandoque tamen inferius descendit inde mensum mutatio, ut supprimatur, ut copiosiores exeant, ut corrumpantur, & alba prodeant, & hydrops. Tum quæ ex gestatione fœtus, ac partu seu abortum accidit. Tum præfocatio de qua mox dicemus. Cætera cõmunia aliis, & maximè pro exemplo similia his quæ vesicæ accidunt, Et suppressionis mensium signa sunt, grauitas corporis, Cibî fastidium, Inæqualitas aliena, quòd si os vteri apertum est aut clausum: sed durum, nec tum lac est in mammis, suppressi sunt menses, si durum est os, & menses suppressi, & dolorem cum grauitate in latere sentit, aut in imo, motus loco est vterus. Signa ergo aquæ intercus in vteris ponuntur. Primò de morbis mulierum Venter sæpius intumescit, & mammæ molles sunt, & lac malum: Et putat se in ventre habere, & os vteri ad tactum gracile & humidum. Et rigor ac febris corripit, & menses prauis pauci, & ante tempus deficiunt, & in processu temporis dolor augetur ad immum ventrem, lumbos & ilia. Ita dignoui solus inter duodecim medicos Vxorem Comitæ Annibalis Vicecomitis laborare vteri hydrope, cum ipsa tum plerique ex medicis crederent esse prægnantem. At fluxus mensum sit aut sanguinis multitudine, seruore, aut acritudine oculorum, venarum, vel imbecillitate retentricis.

114. *Hysterica passio.*

Vterius passionis nomine quod magis conueniat quam affectus, & licet hoc nomen critici isti pro Medici Grammatici duce Cicerone refugiant, Princeps tamen eorum Priscianus admittit. Vbi etiam sciendum (sunt enim ambo hæc vna in pagina) quorum vnum medicis familiare alterum communis loquendi vsu abundè commodior redditur: sed ad rem redeo, huius duæ sunt species, prima Heraclidis Pontici quide eam scripsit: Cũ mulier iacet immobilis absque sensu, & pulsus duntaxat aliquid caloris circa mediũ corpus relinquitur, quo à mortua distinguitur. Ut autem cum respiratione careat, cognoscamus an viuat, flocculos ex tenuissima lana (melius gossipio) è narium regione appo-

nunt. In altera mulier audit, & ratione vtitur, & membra mouet, sed animo linquitur, & spirandi difficultate laborat. Vtrisque commune est corpus refrigerari, sed tamen magis in prima. Causa primæ est corruptio feminis in veneni frigidi qualitatem, in altera semen idem, sed minus exitiali corruptione laborat, aut menses. Vtraque cor afficitur, ideò Apnœam ferre potest, sed in prima consentiente cerebro: ideò motu & sensu destituitur, inde etiam quædam ex his conuellantur in secunda cerebri loco, pectore, & eius partibus.

115. *Hysterica ab alijs similibus morbis discretio.*

Quoniam hysterica passio solis mulieribus conuenit frustra distinctionem aliorum morborum nisi ea supposita que suiffemus, tamen si in comitali posuerimus differentiam ob exempli perfectionem. Differt igitur ab apoplexia, quoniam aut non vitiatur respiratio, aut si vitiatur remanet mens & motus, si conparetur leui apoplexiæ tunc distinguitur, quia in ea non est stertor. A lethargo, quia non adest febris, & subitò aduenit. A syncopi quoniam non sudant, & in syncopi magis impallefcit. A caro seu sopore quoniam corpus in eo calet, & pulsus manet in illo. A cathoca quoniam corpus est magis flexile in hysterica, neque facies adeò mortuo similis. A balia autem cathoca, quoniam in illa adest febris. Attentione quia corpus non adeò riget nec mens integra est.

116. *Sterilitatis.*

Os vteri à pudendo auersum, aut cõclusum, aut quòd concludi non potest, aut nimis distortum, aut vterus leuis nimis si vel fistula labore, aut si carcinomate, aut nimis paruus, aut resolutus, aut intemperies immodica maximè calida, aut frigida, aut si aqua plenus sit, aut testiculis suis careat, aut menses nimium prodeunt, aut omninò non prodeant, sed hoc non semper. Et si supposita ex odoribus validis vuluæ per diem, ut aromata, & allium os illius non oleat. Et fœcunditas, & menses probe fluentes sunt propria signa sanitatis vteri.

117. *prægnans.*

Vterum absque tumore, ac duritie adeò cõclusum habet, ut specilli acumen non admittat: oculi caui, & distracti. Candidum eorum liuidum sit, habent & maculam solarem in facie: id est, maculæ nigre cum lentiginibus quæ figura solis formam referunt: appetitus cibi, & potus mucatur Salua redundat, & morsum ventriculi patiuntur, & circa umbilicum leuis, dolor & in ipso coitu horror, & retentio feminis, & venæ mammarum virides. Et Mammæ tumidæ, & post lac in eis, ut tempore quo infans moueri potest linteum expresso vino frigido quo imbutum erat super impositum hinc illinc in parte ventris inferiore cogat infantem moueri, Et inter iugula pulsus manifestus oculis, & pulsus sunt maiores velociores, & crebriores. Illud tamen animaduertere decet, aliquibus prægnantibus singulis mensibus prodire purgationes, sed paucas, quia ex solo collo vteri.

118. *Prægnans*

118. *Pregnans in quo ab hydrepe discernatur.*

Venter & mammae duriores, & lac melius & os vteri siccum, & menses nulli aut boni. Dolor & febris, ac rigor nulla, aut quæ processu temporis desinunt.

119. *Masculi & Feminae.*

Hæc scientia velut apud Belgas lucrosa est ob pignorum certamen: aded vt quidem mercator aliquot millia coronatorum dono offerret, si eum certum de huiusmodi rescire possem. Galenus sexto de locis affirmat, sedem in dextro latere pro masculis, in sinistro pro fœminis esse quasi certum signum aded vt etiam in animalibus quæ geminos ferre solent, vt capris, ouibus, sit animaduersum. Mamma etiam qualis est tumidior, proportionem ventri respondet, Oculis similiter, vter maior atque splendidior, & si bened colorata est, masculum, si male fœminam inquit Hippocrates.

120. *Aborius futuri aut incipientis, tum partus imminentis.*

Cum mammae subito extenuantur, & cû ichor incipit fluere, & lactis multitudo præter modum, & dolores vteri magni, & perseuerantes, & fluxus ventris magnus. Et in febre facies valde rubra, & dolor in profunde oculi, & lassitudo in toto cum grauitate capitis, aut rigore, & morbus valde acutus, & descensus vteri ad inferiora, & morbus grauis in octauo mense. Partus autem temporis descensus vteri, frequentia mictus, dolor, & ichores descendentes.

121. *Fœtus mortui.*

Dicebat Hippoc. in libro de Superfœtatione, si qua partui vicina oculos habeat, & fauces ac pedes, & totum corpus vt in alba pituita intumescat, & aures & apicem nasi alba habeat, & labra liuida, fœtus mortuus est: aut si viui nascuntur non tamen vitales erunt. Dico aliud est cum cessat motus solitus, & sensum, & cum mammae repente extenuantur & frigiditas suminis & cum conuertitur cadit quasi pondus ex latere in latus.

122. *Vermes & Serpentes*

Vermes vbique ferme gignuntur maximè tamè vbi excrementa transeunt semper autè vbi calida sunt, & quiescunt vt in cæco intestino quibus illud magnū est, nam in plerisque hominibus tam exiguum est quàm nullum: ibi igitur vbi tale & in recto intestino, & in colo, & in ventriculo, & in vesica præcipuè generantur, sed exigui valde: post qui in recto intestino. Eorum qui exeunt certæ notæ sunt, sed quærimus eorum qui non prodeunt signa: In ventriculo odor proprius (est enim illis) declarat eos, & magna titillatio cum reuolutione, & morsus maximè ieiunis, & stridor dentium in somno, & mandunt, febris Nausea Dormitatio quædam in infantibus assidua. Et varietas symptomatum grauium cordis, & cerebri, & pulmonis absque causa manifesta. Serpentis autem deuorati si sentiat magnam reuolutionem, & morsum ante cibum, & post subuersionem, & fastidium ingens. Et dormierit in campis assuetus dormire ore aperto, inde surrexit ex sano cû his symptomatibus. In intestinis ver-

mes, vt in ventriculo sunt: teretes plerumque, morsus, & putredinis, & motus signa spectato: & à paruis pruritus ingens oritur: degunt enim in recto intestino vocanturque Ascarides, lati autem iunguntur, & sunt albi, & in incedibilem longitudinè crescunt, & non percipitur motus eorum, verum erodunt intestina, & extenuant corpus. Et apparent in excrementis specie seminum cacurbitæ, & pulsus inæqualis, & imbecillis.

123. *Hermia seu Ramex.*

Hermiæ sunt aliæ in scroto aliæ in pube, aliæ in semine, aliæ circa vmbilicum, & commune est eis vt sit tumor interiore ex parte, qui aut manet semper, aut saltem donec non comprimatur, & sunt ex defluxione, aut dilatatione aut ruptura, & materia est aqua, humor, corpus venosum, caro intestinum omentum & flatus, & tres vltimæ compressione redeunt, vt vinculis prohibentur reliqua neutro modo. Et primas dignoscimus tactu. Flatus statim redit compressus. Quæ est omenti, est deterior intestinali, quia ipsum crescit, & etiam quod non descendat trahit ventriculum infra, & tandem interficit, post intestinalis trahit, sed non nisi cum descendit. Differunt quia intestinalis est figuræ longæ, & sentitur quandoque rugitus in ea, & cum descendit prohibet fæces & flatum exire, & redit ad ventriculum, & mouet dolorem.

124. *Podagra.*

Quoniam articularium morborum, vt latinus ille medicus dicebat, violentissimus est podagra, vt etiã qui sæpè recurrat, ided eius propriè signa referre decet occupat sæpius pedes, vnde etiam nomen sumpsit quod infra sint. Et latiores etiam habeant meatus, & plus incalescant, & exercitantur. Verum in manibus acres magis excitant dolores. Et cum prædominatur postmodum etiam reliquos occupare solet. Et collum, & spinam, & mandibulas, & cubitos item dentes, & linguam, demum etiam viscera, & interficit. Et nil aliud est podagra quàm inflammatio spontanea articularum. Signa dolor profundus cum calore in pede aut manu, qui motu articuli valde augeatur.

125. *De Venenis abditis, & Cane rabido.*

Diximus de hoc in secundo de Venenis, sed hic adiecimus hoc, vt aliarum causarum recta notitia habeatur cum non adsint: perfecta enim cognitio exigitur non solum vt sciamus an adsint. Maximum ergo signum est cum in corpore sano rectè viuente sine curis in bono aëris statu mutantur Vrina aut egestio, aut pulsus delectio appetitus, aut desiderium rerum insuetarum & malarum, vigilia, aut somnia terribilia, & exitus sanguinis per loca insueta, sputo, vrina, fecibus: conuulsio differentium, vt dysenteria cum spirandi difficultate, Punctio perseuerans in ventriculo vel Intestinis, inchoati motus, vt tinesimus fœcum vel vrinam, vel nauseam, vel voluntas tussendi lingua infecta prauo colore: liuor vnguium tristitia sine causa perseuerans: nam significat vel venenum assumptum, vel sponte genitum vel melancholiam, vel est argumentum imminentis calamitatis grauis. Et vulnus præcedens,

dens, aut nausea hæc enim semper initium comitantur. Et in Canis rabidi morfu medio tempore apparent signa melancholiæ exitialis quia est ex eius genere. Et ideo amant solitudinem vigilans vagantur, & Caninos induunt mores. Etenim per nervos tantum ascendit hoc venenum, & cerebrum afficitur, & cogitatio, & finiuntur in convulsioem, & ideo si multus fluat sanguis rard pereunt, quoniam saliva quæ in nervo infixæ est à sanguine abluatur, & vis eius etiam retunditur. Et Canis rabidus abhorret aquam inde etiam cibum, perpetuo vagatur, Domum suam deserit, Dominum, & domesticos non agnoscit. Caudam retrahit inter crura Morde omnes obuios spuma circa os, Os apertum, prorsus mutus, etiam si percussatur, oculi rubri, lingua exerta. Corpus inflexum aspectus toruus Canes fugiunt si non possunt, blandiuntur. Illos autem insectatur studiose, & mordet, & semitam in cursu non custodit. Et si vulnus pane tangatur nec nisi alius non edit tamen si famelicus, nec nucem gallina: si vi adacta deuoret, moritur.

226. De signis atra bilis.

Quoniam hic humor causa est omnium ferè magnorum morborum, & insanabilium, & mortis, ideo illius peculiaria signa dicere proposui, & communia sunt temperatura calida, & sicca, ætas post consistendi tempus, Autumnus, regio arida non perfata, morbi eius generis exitus concludus, vt fistulæ antiquæ aut hæmorrhoidarum, videtur ratio Propria autem, pustulæ, & maculæ, & præcipue circa palmam, flatus hypochondriorum alius astricta, vigilia, & insomnia terribilia, affectus animi, iracundi, tristes cum timore, aut susceptione & desperatione.

227. Modus, vsus huius libri, & Virilias.

Cum oblata fuerit læsio operationes considera ad quam facultatem pertineat, & si sit cordis, an sit generalis vt febris, & si iecoris, an communis, vt hydrops, & an ad cerebrum, aut membra generationis, inde considera membrum, & hoc ex argumentis aliorum, primum quæ citra suspicionem sunt. Deinde ex propriis illis vnde cum signorum generibus vt membrum affectum dignoscamus Quo cognito consideremus quædam ex his denud, & quædam alia quæ adiciemus. Velut primum generalia, inde genus, vt in pulmonis affectibus quæ dicta sunt de pectore Diaphragmatis, & aliis. Propinqua, vt ventriculo gulam, lienem, omentum. Similia vt in ventriculo vterum, vesicam, gulam, pulmonem, intestina, penem. hæc enim omnia habent cavitatem euidenter per quam quippiam naturaliter transit. Substantiam vt renem, iecoris, pulmonis, omnia enim hæc parenchymate constant absque fibris. Et sensu ideo singula perpendere oportet. quæ talia patiuntur. Ordinem velut in cerebro, cor etiam & iecur: nam sunt principalia, & contingit de his quædam in aliorum tractatione dicta esse generaliter. Post coniunctionem per ærinos, venas & arterias, demum etiam situm, vt

ventriculo cerebrum obrectitudinem compatitur, & pulmo, atque vicissim in singulis repetendo argumentum per signa quæ indicant alia de quibus verisimile est affici non pati. Verisimilia autem in quibus fallimur regio vt eum dolent, renes an colon? Tussis à pulmone an pectore vel septo transuersio? læsionis similitudo, an phrenitis, an septi transuersi inflammatio in delirio causa sit? Modum missionis in transitu ab excremento ad excrementum, vt à pure misto in vrina valde, aut mediocriter, aut secreto prorsus ad idem mistum, aut secretum à fæcibus, transitus ab excremento ad membrum, aut à membro ad excrementum, vt à vesica ad vrinam, ab vrina ad caput: à fæcibus, ad morbos, & signa intestinorum patientum. Consensus an vomitus bilis sit à ventriculo, vel iecore? an pituitosa excrementa à cerebro, an ventriculo? Demum magnitudo affectus. Ex symptomatis magnitudine, ex causa externa, ex causa interna, & loci patientis nobilitate, & auxiliij.

Et scias quod salus non aduenit nisi per iecur, consentiente corde nec mors nisi per cor, consentiente cerebro & ideo mors ex iecoris morbis aduenit, aut per *arterias*, & tunc perueniunt ad vomitum, aut ventriculi colorem, & instat mors infra breue tempus, aut hydropem, vel consensu cerebri, aut iecoris cum materia ad ipsa vel iactura peruenerit. Ex cerebro autem propter respirationis difficultatem quam plerunque præcedit convulsio; rard tentio, maxime in febribus. Ex corde autem per resolutionem quam præcedit plerunque syneopis, & proprium signum est, imbecillitas pulsus: aut suffocationem per suum calorem, aut ex consensu cerebri factam, ideo in morbis quæ ad iecur pertinetur cibi appetentia est ferè siquam distinguens mortem a salute, nam qui appetunt cibum, primum possunt restaurare corpus. Et indicat saluum esse cerebrum propter virtutem animalem quæ est in nervo dextri paris, & virtutem naturalem in iecore, quæ sola diuina est. Nam concoctrix, & retentrix, & expultrix sunt præsentium, appetentia etiam absentium, sed de his in expositione libri de Alimentis, & in Prognosticorum Commentariis, quæ hunc librum sequuntur, dictum est.

Pro virilias ipsa iam non alio quam exemplo aliquo ostendatur, sit qui laborat febre acuta cum vigiliis petiturque auxilium quod vires deficere videantur. hic primum considerabis, an morbus iam inualuerit, vt cerebrum, si nimio calore, aut siccitate laboret, vel vtrisque: an id ob vapores solum contingat, vel ex vtrisque; nam si diuertere studeas, nec vapores adsint, malum augebis cerebro magis exsiccato. Si cerebrum perfuderis soli vapores in causa sint, plus satis trahes vaporum nec quicquam proficies, si vtroque peccet, & si vnum auxiliij genus tantum adhibueris, parum proficies. Et similiter si vtramque, & in vno tantum peccet: Præterea si humida calida causa, aut frigida sicca deduces, in catochum: aut si vtraque vni, aut si vnum vtrique, tunc non proficies, simpliciter ergo

sex modis agere licet ratione loci causæ, totidemque ratione qualitatis calidæ, aut siccæ, aut vtriusque. Triginta igitur modis adhibere curam cuiuslibet vigilæ licebit, inter quos vnus tantum vtilis est, alij mali, nonnulli valdè mali. quidam etiam perniciosi, aliqui etiam ex his valde perniciosi. Vt triginta quinque modis in quouis vigili peccare liceat, vno tantum auxiliari. Sed & rursus si non perurgatus sit adhibuerisque somnifera, omnino perdes ægrum, nisi quempiam bona fortuna, te inuito seruaerit eum, adhibitis. enim soporiferis cum illa vapores crassos ad caput mittant, qui cum biliosis, aut melancholicis, aut salis sanè semper putridis, & crudis misti mutabunt eos ob crassitiem: inde catochi, & cari, & comata vtriusque generis, & somni à qui-

bus deterius affecti excitantur, vnde etiam phrenitides & mors. Tum ergo auertere tantum expedit, & à causis noxiis cauere quod in omnibus fermè casibus solum tutissimum est. Neceffe est igitur morbos & morborum causas scire, quæ commodissimè explicatae sunt in hoc lib. Vt demum cum Hippocrate fateamur omnes ægros posse sanari. (Si quidem omnes qui pereunt ob id pereunt quoniam non tēpestiuè morbo occurritur, quod ignotus sit) nisi vel ab initio omnia ruant, dolent renibus, & toto corpore, non appetunt, vigilant, aut somnus damnus affert, disperant de salute, aut si morbus est insidiosus, ægrotare non videntur, sed mesti degunt, & vires absque causa collabuntur, & non congruentia patiuntur.

